Index

1787

1. Labbè Philippus. Sexdecim librorum initia. Parisiis 1662.
2. Vanden Ede Guilielmus. Laurus Austriaca. Gandavi 1659.
3. Braschius Jo: Bapta. Dissertatio de Adoptione civili. Romæ 1749.
4. Stratici Giandomº. Lettere intorno a certi passi della Storia Letteraria d'Italia. Roma 1787.
5. Ximenez Fray Joseph Alberto. Reduccion, y Decretos. Madrid. 1772.
6. Carte, e documenti per la Causa matrimoniale del Duca, e Duchessa di Maddaloni. 1788.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

7. Morelli Iacopo. Monumenti del principio della stampa in Venª. ivi 1793.
8. Thalwitzer Jo: Augustus Hieronym. Dissertatio de obligatione utriusque Siciliæ Regi tributum Rom. Pontifici præstandi Witebergæ. sine anno.
9. Tamagna Giuseppe. Lettere 4. ai conventi della sua Provincia Romana. Roma 1794. e 1795.
10. Florentina Primogeniture Antonii de Salviatis. Firenze 1793.

R. P.

PHILIPPI LABBE,

BITVRICI,

SOCIET. IESV SACERDOTIS,

SEXDECIM LIBRORVM INITIA,

Integræ illorum editioni publicam in lucem præmiſſa inſtar ſpeciminis.

Ad Illuſtriſſimum ac Reuerendiſſimum Eccleſiæ Principem D. D. PETRVM DE MARCA, *Archiepiſcopum Toloſanum, à Chriſtianiſſimo Francorum & Nauarræorum Rege* LVDOVICO XIV. *ad Pariſienſem Metropolim Nominatum, &c.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Aſsist. Galliæ Soc. Jesu

PARISIIS,

Ex Typographia CLAVDII CRAMOISY, viâ Carmelitarum, ſub Sacrificio Abelis.

M. DC XII.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

ECCLESIÆ PRINCIPI

D. D.

PETRO DE MARCA,

ARCHIEPISCOPO

TOLOSANO,

THEOLOGIÆ, CONTROVERSARVM QVÆSTIONVM,

IVRIS VTRIVSQVE,

HISTORIÆ SACRÆ AC PROFANÆ

CONSVLTISSIMO,

ERVDITORVM SVI SÆCVLI CORYPHÆO,

A CHRISTIANISSIMO

FRANCORVM ET NAVARRÆORVM REGE

LVDOVICO XIV.

OFFICIORVM AC MERITORVM

REMVNERATORE MVNIFICENTISSIMO,

AD

ARCHIEPISCOPATVM

PARISIACÆ VRBIS

RECENS NOMINATO,

OBLATIS VARIORVM OPVSCVLORVM PRIMITIIS'

DIGNITATIS AMPLISSIMÆ PRIMORDIA

SVO ATQVE VNIVERSÆ

SOCIETATIS IE[illegible] NOMINE

GRATVLA[illegible]

Addictiſſimus PHILIPPVS LABBE, B[illegible]ricus, So[illegible] v Preſbyter

AD EVNDEM

ILLVSTRISSIMVM

ECCLESIÆ PRINCIPEM.

EIVSDEM

TETRADECASTICHON.

PRIMITIAS *operum variorum ſuſcipe, docti*
Franciadum princeps, MARCA,*decuſq; chori.*
Hoc ſuaſere, redux meliori ſidere Ianus,
Conceſſuſque nouo munere REGIS, *honos.*
Et tua me virtus, tua me doctrina mouere,
Et potuit ſanctæ nexus amicitiæ.
Plura dabunt alij manibus tibi munera plenis,
Magna, nec anguſtis clauſa voluminibus:
Noſtra decem,leuibuſq;arctata EXORDIA *chartis,*
Stringuntur ſpatio, SED PLACITVRA, *breui.*
SED PLACITVRA, *inquã, nec me ſpes ludet inanis,*
Nec certam fallent omina ſacra fidem.
Multa DEO *in veteri data ſit licet* HOSTIA *Lege,*
PRIMITIIS *potior non fuit vlla datis.*

Pridie Kalendas Martias anni MDCLXII.

CONSPECTVS SEXDECIM LIBRORVM,

Quorum hîc aliquot initia Lectoribus repræſentantur,

Donec Typis integrè excuſa efficiantur publici iuris.

I.

BIBLIOTHECA Bibliothecarum perneceſſaria omnibus Bibliothecariis, ſiue Catalogus Bibliothecarum, Catalogorum, Nomenclatorum, Indicum, Elenchorum, Elogiorum, &c. quibus Scriptores Eccleſiaſtici & Profani, Veteres ac Noui, in quauis arte ac profeſſione præcipui, & libri fermè omnes, partim editi, partim inediti repræſentantur.

II.

BIBLIOTHECA Chronologica omnis generis Scriptorum Sacrorum & Profanorum per ſæcula Mundana, Romana, Chriſtiana, ſeruato ordine Alphabetico, eorúmque morte, cùm ea inueſtigari potuit, charactere Italico deſignata.

III.

BIBLIOTHECÆ Geographicæ Eruditi Orbis ab Adamo ad annum MDI. in X. libros diſtributæ Liber primus: Græcia Erudita cum vicinis inſulis, & Thracia, Dalmatia, &c. Liber II. Aſia Erudita. Liber III. Africa Erudita. Liber IV. Hiſpania. Liber V. Italia. Liber VI. Gallia, &c.

IV.

GALLORVM atque Francorum libris in lucem editis & doctrina illuſtrium Chiliades Hiſtorico-Chrono-Geographicæ, in tres partes tributæ: I. ante ſæculum XVI. II. ſæculo XVI. III. ſæculo Chriſti labente XVII.

V.

FRANCICÆ Hiſtoriæ Lux addita: ſiue Dictionarium Geographicum præcipuorum locorum, quæ ſæpe in [illegible]

faceſſere ſolent eruditiſſimis quibuſque in lectione veterum Hiſtoriarum, Chartarum, Diplomatum, Capitularium, Synodorum, Vitarum, &c. citatis fideliſſimè eorum locis, & plurium inter ſe collatione facta, cum explicatione interdum vernacula, & critica animaduerſione, &c.

VI.

Bibliotheca Nummaria, ex Theologis, Iuriſconſultis, Medicis ac Philologis concinnata, & in duas partes tributa: I. de Antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, Romanis. II. de Monetis, Ponderibus & Menſuris, cum Mantiſſa Antiquariæ ſupellectilis ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, ſimilibúſque Romanæ præſertim vetuſtatis Monimentis collecta.

VII.

Sacra Geographia Martyrologij Romani, præmiſſa Bibliothecæ ſanctæ, ſiue Elogiis Chronologicis Sanctorum Sanctarúmque omnium, qui in ſacris Faſtis Romanæ Eccleſiæ quotannis repræſentantur.

VIII.

Bibliothecæ Veterum Patrum, & Eccleſiaſticorum Scriptorum Editionis ampliſſimæ triplex Conſpectus. I. Colonienſis Bibliothecæ cum Pariſienſibus quinque, earumque Auctariis comparatio. II. Index Chronologicus. III. Conſp. Bibl. maximæ Pariſienſis, quæ & Morelliana dicitur, &c.

IX.

L'Alliance *Chronologique de l'Hiſtoire Sacrée & Profane, composée premierement en Latin, & imprimée l'an 1638. puis reueuë, augmentée & miſe en François, pour ſeruir d'inſtruction aux Rois, Princes, Seigneurs, Gentilshommes, & autres perſonnes de condition, curieuſes d'apprendre en peu de temps toute la ſuite des temps.*

X.

Histoire *Generale des Archeueſques & Eueſques de France. Liure I. Des Prelats de Lyon, Autun, Challon, Langres, & Maſcon. II. De Roüen, Auranches, Bayeux, Coutances, Eureux, Liſieux, & Seez. III. De Tours, Angers, S. Brieu, Dol, Kymper-Corentin, Leon, S. Malo, le Mans, Nantes, Rennes, Triguer, & Vannes. IV. De Sens, Auxerre, Neuers, & Troyes. V.* Des

Eveſques et Archeveſques de Paris, *& de leurs Suffragans, depuis l'an 1622. les Eueſques de Chartres, Meaux, & Orleans; & ainſi des autres dix Prouinces Eccleſiaſtiques du Royaume de France.*

Adiungi poterant ſex etiam ſequentium librorum initia, ſi perinde fauentem Lucinam experta fuiſſent.

XI.

Appendicis ad Tractatum de Scriptoribus Eccleſiaſticis Roberti Cardinalis Bellarmini Centuriæ, prima, ſecunda, & tertia, Diſſertationis Philologicæ & Hiſtoricæ de iiſdem Auctoribus anno 1660. publicatæ Tomus tertius.

XII.

Athenævm Philoſophicum, ſiue Bibliotheca Ariſtotelis ac Platonis interpretum, omniumque cuiuſcumque ſectæ Philoſophorum, qui Græcè aliquid ſcripſiſſe noſcuntur, aut prælo excuſum, aut in mſſ. codicibus ad hunc vſque diem reconditum. Prodiit illorum Interpretum Typis hactenus editorum breuis conſpectus iam ab anno 1657. in 4. Ex Officina Cramoſiana.

XIII.

Bibliotheca Græca, viris duntaxat eruditis magno ſtudio parata, catalogum Auctorum omnium ante & poſt Chriſtum, quorum ex ſcriptis aliquid, vel Græcè tantùm, vel Græcè ſimul & Latinè, hactenus Typis editum deprehendi potuit, ſerie Alphabetica repræſentans, cum appendice eorum, qui ab anno MDI. ad MDCLXII. vixerunt.

XIV.

Nomenclator Orthographus, vbi quæcumque de recta ſcribendi Ratione & Cacographiæ vitiis, cum ab antiquis Scriptoribus, tum à recentioribus Ioanne Pontano, Scaligeris, Manutiis, Valerio Andrea Brabanto, Chriſtiano Becmano, Claudio Dauſquio, Gerardo Ioanne Voſſio, aliiſque allata ſunt, expromuntur, & ſublatis ambagibus expeditiſſima methodo diiudicantur.

XV.

Series Chronologica Imperatorum Romanorum Orientis atque Occidentis, eorumque vxorum ac liberorum,

quinque capitibus diſtincta, cum notis. AV....... AR... .....Æ 1...... 2...... 3....... magnitudinis. M....... S...... in gratiam Antiquariorum, qui veteres Numos magno ſtudio conquirunt & ſeruant; atque vt vitari poſſint à minùs peritis infinitæ propemodum alucinationes, quæ occurrunt in ſerie Chronologica Imperatorum Romanorum à C. Iulio Cæſare ad Ferdinandum III. Auguſtum edita Antuerpiæ anno 1655 in 4. & à viro erudito oblata Leopoldo Guilielmo Archiduci, &c.

XVI.

PHARVS Antiquæ Galliæ omnibus ſuis radiis emicans: ſiue Tractatus abſolutiſſimus de Populis, Fluminibus, Montibus, Vrbibus, Oppidiſque Gallorum, citatis integrè ac fideliter veterum Scriptorum, qui Clodouei ætatem præceſſerunt, teſtimoniis, ac diſcuſſis reiectiſque pleriſque recentiorum Geographorum opinationibus.

ATQVE hæc olim maximam partem ab adoleſcentiore parata, fidem faciunt æquis rerum ſimilium æſtimatoribus, quanta diligentia ac ſedulitate iam ætate prouectior, ac quinquagenario maior effectus, ſuſceptam CONCILIORVM omnium Generalium, Nationalium, Prouincialium, ac Diœceſanorum editionem perficiet, vna cum BIBLIOTHECÆ NOVÆ mſſ. Librorum omnis generis continuatione, & totius quaqua patet Galliæ ARCHIEPISCOPORVM & EPISCOPORVM Elogiis Chronologicis & Hiſtoricis, iam à 20. minimùm annis magna ſtudiorum contentione vndequaque collectis, &c. modò DEVS OPTIMVS MAXIMVS, omnium largitor Gratiarum, à quo bona cuncta procedunt, vitam, valetudinem, otiumque concedat, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium precibus exoratus, & Bibliopolæ ac Typographi noſtri perniciosiſſimam ſæpe magnis conatibus moram more ſolito non interponant.

BIBLIOTHECA
BIBLIOTHECARVM,
PERNECESSARIA
OMNIBVS BIBLIOTHECARIIS,
SIVE
CATALOGVS BIBLIOTHECARVM, Catalogorum, Nomenclatorum, Indicum, Elenchorum, Elogiorum, &c. quibus Scriptores Eccleſiaſtici & Profani, Veteres ac Noui, in quauis arte ac profeſſione præcipui, & Libri fermè omnes, partim editi, partim inediti, repræſentantur.

ABEL *Curiander*. Vitæ operumque Ioannis Druſij editorum & nondum editorum delineatio & tituli. Franeckeræ, apud Fredericum Heynſium. an. 1616. in 4.

Abraamus Bzouius, Polonus, O. P. Nomenclator Sanctorum profeſſione Medicorum, anniuerſariam quorum feſtiuitatem vniuerſalis celebrat Eccleſia. Romæ, typis Petri Diſcipuli, 1621. in 32.

Abraamus Ecchellenſis, Maronita, Syriacæ linguæ Romæ Profeſſor. Notis illuſtrauit Catalogum Hebed-Ieſus: de quo infrà ſuo loco.

Ægidius Periander. Germania, in qua Doctiſſimorum Virorum Elogia & Iudicia continentur. Francofurti ad Mœnum, per Petrum Fabricium, in 8. anno 1567.

Alanus de Linna, Anglus, Ordinis Carmelitarum, 1420. Scriptorum Britanniæ multos Indices ſcripſiſſe dicitur, ſi quæ fides excucullato Apoſtatæ Ioanni Balæo, qui illos enumerat in eius vita ſeu Elogio.

Albertus Leander. Vide Leander Albertus.

Aldus Manutius ſeu Manuccius, Romanus, Typographus Venetus. Quantùm Aldo Pio Manutio, eiuſque filiis atque hæredibus erudita Reſpublica, & renaſcentes præſertim Græcæ literæ debeant, nemo paulo humanior eſt, qui neſciat. Omnium librorum qui ex hac Aldina officina variis temporibus prodierunt, extat Catalogus, ſed vbi & quo anno editus ſit, cùm in manus meas anno 1653. nondum veniſſet, prorſus ignorabam. Nunc verò eundem nactus ſum ex inſtructiſſimis Bibliothecis Thuanâ & Freſneâ.

Alexander Baruoëtius, è Societate Ieſu Presbyter. Illius ſtudio atque opera prodiit Catalogus præcipuorum auctorum ineditorum Græcè mſſ. qui aſſeruantur in Bibliotheca Scorialenſi Regis Hiſpaniæ. Quia verò index ille omnibus fermè eruditis incognitus latet poſt Prolegomena R. P. Baltaſaris Corderij ex eadem Societate noſtrâ ad ſancti Cyrilli Alexandrini homilias XIX. in Ieremiam Prophetam latinitate donatas, & Antuerpiæ in 8 editas anno 1648. atque hæc in nobiliſſima hac ciuitate Pariſienſi neſcio quo fato deſunt in præcipuis quibuſque Bibliothecis, & in officinis librariis vix poſſunt reperiri, rogatus à nonnullis integrum illum ac nulla ſui parte mutilum inter ſupplementa Speciminis antiquarum noſtrarum Lectionum Græcarum Latinarùmque tertio loco collocaui deſcriptum αὐτιχειρὶ ex codice quem tunc, cum rarior erat, vtendum mihi dederunt VV. CC. Petrus & Iacobus Puteani fratres, quibus multis nominibus multa me debere numquam non profitebor.

Alfonſus Ciacconius, Biacenſis, Ordinis Prædicatorum. Habuit Bibliothecam vberem, in qua auctorum nomina & librorum prænotationes erant, ſed eam non edidit, vt monuit Antonius Poſſeuinus noſter initio Apparatus ſacri ad ſelectam Bibliothecam. Edidit verò opus Pontificale de Romanorum Pontificum & Cardinalium geſtis, ab aliis ſubinde auctum & locupletatum.

Alfonſus Fernandes, Placentinus, Hiſpanus, Ord. Præd. Concertatio Prædicatoria pro Eccleſia Catholica contra hæreticos Gentiles, Iudæos, & Agarenos ſeu Mahumetanos, per Epitomen in Annales diſtributa, cum Notitia Scriptorum, Præſulum, Confeſſariorum Regiorum, &c. eiuſdem ſacræ familiæ. Salmanticæ, an. 1615. in folio, apud Didacum Cuſſium.

Alfonſus Garcias Matamorus, Hiſpalenſis. De viris Hiſpaniæ Doctis Narratio apologetica, Compluti, impenſis Alfonſi de Xaramillo, an. 1553. in 8.

Eiuſdem de Academiis à claris Hiſpaniæ Scriptoribus liber ſingularis, tum Tomo 3. Rerum Hiſpanicarum, Francofurti, anno 1603. in folio, tum ſeorſim.

Alfonſus Lupeus, Cureleanus, Medicus. Catalogus Auctorum, qui poſt Galeni æuum Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ Edetanorum, 1589. in 12.

Ambroſius Gozzeus, Raguſius, O. P. Epiſc. Tribunæ ac Mercanæ. Catalogus Virorum ex familia Prædicatorum in litteris inſignium, Venetiis, in 8. anno 1605. apud Franciſcum Barilettum.

Andreas Calagius. Natalis Virorum illuſtrium.

Andreas Cellarius, Palatinus, Scholæ Hornanæ in Hollandia Boreali Rector. Ad calcem Proloquij Harmoniæ Macrocoſmicæ hoc anno 1661. Amſterodami excuſæ, in maiore folio, catalogum variorum auctorum exhibet, præcipuè Mathematicorum ab initio mundi ad noſtra tempora.

Andreas Chiocus, Veronenſis. De Collegij Veronenſis Medicis & Philoſophis, qui vel ſcribendo vel publicè profitendo Collegium, Patriam, & bonas litteras illuſtrarunt, ex quorum moribus & præceptis perfecta optimi Medici idea col-

ligi poteſt, cum Appendice ab eodem Chiocco adiuncta. Veronæ, typis Angeli Tami, 1623. in 4.

Andreas à Quercu, Turonenſis, Geographus Regius, & Genealogus, quem alij Cheſneum, alij Ducheſnium, ipſe ſe olim Quercetanum dicebat. Bibliotheca Hiſtoricorum Galliæ linguâ vernaculâ bis edita eſt Pariſiis in 8. apud Sebaſtianum Cramoiſy, primùm anno 1618. tum auctior, atque emendatior, anno 1627.

Eiuſdem Andreæ Ducheſnij ſeries Auctorum omnium qui de Francorum hiſtoria & rebus Francicis, tum eccleſiaſticis tum ſæcularibus, ſcripſerunt ab exordio Regni Franciæ ad noſtra vſque tempora. Lutetiæ Pariſiorum, ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy, in folio, anno 1633. tum ſecunda editione, anno 1635. Eorum verò Scriptorum Franciciæ Hiſtoriæ, quorum editionem aggreſſus fuerat Andreas Ducheſnius, eius, filiique Franciſci Ducheſnij ſtudio atque opera quinque hactenus Tomi prodierunt, in folio, ex eadem Cramoſianâ officinâ.

Andreas Reſendius. Scriptorum ſimul editorum Tomus alter, 1600. in 8.

Andreas Riuetus, San-Maxentianus, Picto, atque in Hollandia Caluiniana Secta Miniſter. Extat aliquoties editus in 8. Criticus Sacer, quem ex Bellarmino, Poſſeuino, aliiſque Catholicis, atque adeo ex hæreticis Roberto Coco, Abramo Sculteto, ſimilibuſque conſarcinauit. Idem Tomo II. operum eius excuſus eſt in folio.

Andreas Sauſſaytus, Pariſinus, ex Eccleſiæ SS. Lupi & Ægidij Paſtore, & Officiali Pariſienſi, Epiſcopus & Princeps Tullenſis. De myſticis Galliæ Scriptoribus, qui prima Eccleſiæ Centuria ſeu ſæculo floruerunt, cum polemico Tractatu de Apoſtolatu Gallico S. Dionyſij Areopagitæ. Pariſiis, in 4. anno 1639. ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy.

Andreas Schottus, Antuerpianus, Soc. Ieſu Theologus. Hiſpaniæ Bibliotheca Tomis tribus diſtincta: in I. Hiſpaniæ religio, Academiæ, Bibliothecæ, Epiſcopi, Concilia, Reges, &c. II. Elogium Scriptorum veterum, recentium, Theologorum, Religioſorum. III. Elogia & Nomenclator diuerſa-

rum Nationum Hiſpaniæ, Bæticorum, Luſitanorum, Carpetanorum, Aragonum, ac Valentinorum: In fine compendio ſe A. S. Peregrinum indigetauit, Francofurti, anno 1608. in 4. apud Claudium Marnium & hæredes Ioannis Aubrij. Eodem referre licet Andreæ Texandri Catalogum clarorum Hiſpaniæ Scriptorum, de quo infrà, editum Moguntiæ, in 4. anno 1607. apud Balthaſarem Lippium.

Videndi quoque Hiſpaniæ illuſtratæ Scriptores varij, partim nunc primùm editi, partim aucti, atque emendati, ac tomis aliquot diuiſi, eiuſdem Andreæ Schotti operâ & ſtudio, Francofurti, anno 1603. apud Aubrium. In Tomo II. habetur Alfonſi Garciæ Matamori de Academiis & claris Hiſpaniæ Scriptoribus liber ſingularis, de quo etiam ſeorſim egimus.

Eiuſdem Catalogus Catholicorum ſacræ Scripturæ interpretum ſerie librorum Biblicorum, Coloniæ in 4. anno 1618. Biennio antè fecerat publici iuris Indicem Auctorum Romanorum, Externorum, & Medicorum, qui à Caio Plinio in Naturali Hiſtoria citantur, & Tabulis rei nummariæ Romanorum Græcorumque ad Belgicam, Gallicam, Hiſpanicam, & Italicam Monetam reuocatæ, ſubiecerat Græcos, Latinoſque, cùm antiquos, tum recentiores, qui de ponderibus, menſuris, & de re nummaria ſcripſerunt. Antuerpiæ, in 8.

Celebratur quoque eiuſdem Catalogus Scholaſticorum Theologorum, ſeu Interpretum D. Thomæ. Coloniæ, apud Ioannem Kinchium, 1618. in 4.

Idem in vitis comparatis Ariſtotelis ac Demoſthenis, Auguſtæ Vindelicorum editis, anno 1603. de variis Ariſtotelicorum operum Interpretibus Græcis Latiniſque iudicium vulgauit, quod noſtro quoque Syntagmati Philologico de Græcis Ariſtotelis Interpretibus inſeruimus.

Andreas Thenetus, Engoliſmenſis, O. M. Coſmographus Regius. Veræ effigies ac vitæ virorum illuſtrium Græcorum, Latinorum, Chriſtianorum, ac Paganorum, ex eorum Tabellis, Libris, & Numiſmatis veteribus ac nouis, in libros octo diſtributæ. Pariſiis, in folio, anno 1584. apud viduam Io.

Keruer, & Guillelmum Calderium.

Andreas Tiraquellus, Fontiniacenſis, Picto, I. V. C. & in ſupremo Senatu Pariſienſi Senator. Libri de Nobilitate cap 31. texuit Catalogos Sanctorum, qui Medici aut Medicina vſi, Angelorum Medicorum, Regum, Imperatorum, Summorum Pontificum, Poëtarum, Philoſophorum, Scriptorumque ſimiliter Medicorum, Veterinariorum quoque, ac Mulierum Medicarum.

Idem fusè differit de Mulieribus quæ eruditione & doctrina Viros ſuperarunt.

Angelicus Aproſius, Vintimilienſis, Auguſtinianus. Athenas Italicas eum parare anno 1647. aſſerebat Iacobus Philippus Thomaſinus in ſuo Parnaſſo Euganeo. An perfecerit, aut etiam typis commiſerit, neſcio: nec id malo ſuo more non diſtinguendi inedita ab editis indicauit Philippus Elſſius in Encomiaſtico Auguſtiniano, vbi & addit Bibliothecam Aproſianam, ſed quid ſit non explicat.

Angelus à S. Franciſco, Anglus, Ordinis Minorum. Catalogus Scriptorum illuſtrium Anglorum Seraphici Ordinis ſancti Franciſci Duaci, apud Balthaſarem Bellerum, anno 1649.

Angelus Roccha, ſeu Rochenſis, Camers, Eremita Auguſtinianus, Epiſcopus Tagaſtæ, & Apoſtolici Sacrarij Præfectus. Bibliotheca ex præcipuis tantùm quibuſdam & grauioribus Theologis, quos Scripturales vocant, compilata, & ſtudioſorum commodo edita, Romæ, 1594. in 8 & in 4.

Bibliotheca Apoſtolica Vaticana à Sixto V. Pontifice Maximo in ſplendidiorem commodiorem locum tranſlata, &c. à Fratre Angelo Roccha, à Camerino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, commentario variarum artium ac ſcientiarum materiis curioſis refertiſſimo illuſtrata, Romæ, anno 1591. in 4. ex Typographia Apoſtolica Vaticana. Præmiſit authorum quos citat nomina, cognomina, origines, monimenta inſigniora, & elogia breuiter conſcripta, atque ex probatiſſimis ſcriptoribus deſumpta.

Index librorum F. Angeli Rochenſis Epiſcopi Tagaſtæ, & Apoſtolici ſacrarij Præfecti, Romæ apud Guillelmum Franchiottum, anno Domini 1611. in 4.

Angelicæ Bibliothecæ omnium Artium & ſcientiarum generibus refertiſſimæ Catalogus. Romæ, in ædibus Auguſtinianis, apud Stephanum Paulinum Romanum Typographum, 1608. in 8.

Antonius Auguſtinus, Cæſarauguſtanus, ex Alliſano, & Ilerdenſi Præſule, Archiepiſcopus Tarraconenſis. Illius Summi Viri Bibliothecæ Latina, Græca, mixta, manuſcripta, Tarracone, in 4. anno 1586.

Antonius Bumaldus. Minerualia Bononienſium Ciuium anademata, ſiue Bibliotheca Bononienſis, in 24.

Antonius de Leone Pinello, Hiſpanus, Relator ſupremi Regij Indiarum Concilij. Epitome Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis, Nauticæ & Geographicæ. Madriti, in 4. anno 1629. apud Ioannem Gonzales. Epitome de la Bibliotheca Oriental i Occidental, Nautica i Geographica, por Antonio de Leon, &c.

Bibliothecam eiuſdem Marianam, ſed manuſcriptam allegat R. P. Petrus de Alua & Aſtorga Minorita in Sole veritatis, vbi per tres Claſſes agit de Auctoribus ſcribentibus pro & contra myſterium Conceptionis, folio 223. Ventilabri, & folio 225. tradit in illa haberi pluſquam mille quingentos libros magnos & paruos, qui à primo vſque ad vltimum verbum ſolùm agunt de ſacratiſſima Virgine Maria, ac illius myſteriis, eiuſdemque paratum eſſe indiculum.

Antonius Malletus, Redonenſis, Ord. Prædicat. Hiſtoria Sanctorum, Paparum, Patr. Archiep. Epiſc. Doctor. & aliorum virorum illuſtrium, qui aut Priores fuerunt, aut Religioſi in Conuentu ſancti Iacobi Pariſienſis Ordinis Prædicatorum, Pariſiis, apud Ioannem Branchu, 1634.

Antonius Mornacus, IC. Feriæ Forenſes & Elogia illuſtrium Togatorum Galliæ ab anno 1500. Pariſiis, apud Nicolaum Buon, 1619. in 8.

Antonius Oiſellius, Bellouacus, Curiæ Pariſienſis Aduocatus. Inter varia eius, Io. Bapt. Meſnilij & Petri Pithœi opuſcula poſtuma ſtudio V. C. Claudij Iolyi Can. B. Mariæ Pariſienſis edita ann. 1652. in 4. extat Dialogus inſcriptus Paſchaſius, de Aduocatis ſupremæ Curiæ Pariſienſis, in quo adiunctiſ-

que notis plurima leguntur obſeruatione digniſſima.

Antonius Poſſeuinus, Mantuanus, Soc. Ieſu Theologus. Bibliotheca ſelecta, XVII. libris conſtans, in qua agitur de ratione ſtudiorum in Hiſtoria, in diſciplinis, in ſalute omnium procurandâ, Romæ in folio, ex Typographiâ Apoſtolicâ, anno 1593. tum Venetiis apud Altobellum Salicatium, ac Coloniæ annis 1603. 1607. apud Ioannem Gymnicum, &c. In ea ſæpe iudicium interponit de variis auctoribus antiquis, recentioribuſque, Hebræis, Græcis, Latinis, & qui vernaculis dialectis ſcripſerunt.

Eiuſdem Antonij Poſſeuini Apparatus ſacer ad ſcriptores veteris & noui Teſtamenti, eorum interpretes, Synodos, & Patres Latinos, & Græcos, horum verſiones, Theologos Scholaſticos, quique contra Hæreticos egerunt, Chronographos, & Hiſtoriographos Eccleſiaſticos, eos qui caſus conſcientiæ explicarunt, alios qui Canonicum ius ſunt interpretati, Poëtas ſacros, libros pios quocumque idiomate conſcriptos, tribus tomis, in folio, Venetiis, apud Societatem Venetam, anno 1603. & 1606. cum appendicibus. Idem apparatus ſacer in duos tomos diſtributus, in quibus plus minus octies mille Auctores partim indicantur, partim expenduntur: prodiit Coloniæ Agrippinæ, in folio, apud Ioannem Gymnicum, 1608.

Iiſdem verò ſubiiciuntur Catalogi manuſcriptorum Græcorum, & aliorum etiam codicum, qui cùm ad res ſacras atque Eccleſiaſticas pertineant, in antiquis & celebrioribus Bibliothecis aſſeruantur, ſiue nunquam antea editi, ſiue integriores, quam qui vulgati fuerunt. Incipit à Vaticanæ Bibliothecæ codicibus Græcè mſſ. deinde ad Sfortianam, Vallicellanam, Franciſci Turriani, Beſſarionis, Medicæam apud S. Laurentium & in D. Marci, Vrbinatem ac Piſaurenſem, Meſſanenſem, Pathmenſem, Conſtantinopolitanas ſeptem (in Patriarchio, Antonij Cantacuzeni Principis, apud Conſtantinum Barinum, Grammatici cuiuſdam, apud Iacobum Marmoretam Principem, apud Ioannem Suzi, & Manuelem Eugenicum) Imperatoriam Viennæ in Auſtria, Monachienſem Ducis Bauariæ, Auguſtanam, Heildebergenſem,

BIBLIOTHECA CHRONOLOGICA

OMNIS GENERIS SCRIPTORVM, SACRORVM ET PROFANORVM,

per ſæcu'a Mundana, Romana, Chriſtiana.

Seruato ordine Alphabetico, eorumque morte; cùm ea inueſtigari potuit, Charactere Italico deſignata.

PRIMA MVNDI ÆTAS *ab Adamo ad Diluuium an.* 1656. ADAMVS *à Deo Opt. Max. die Mundi ſexto, anni ante Meſſiam Chriſtum Dominum* 4053. *ante Romam à Romulo exſtructam* 3300. *conditus, cùm paulò pòſt ob peccatum eiectus è Paradiſo voluptatis diu ærumnoſam vitam traxiſſet, multóſque liberos procreaſſet, viuendi finem fecit anno Mundi ætatiſque ſuæ* 930. *Eua illius vxor decennio poſt maritum deceſſiſſe perhibetur. Circumferuntur quædam vtrique falsò ſuppoſita. Henoch Iaredi filius ab Adamo ſeptimus, cùm præ cæteris hominibus Deo placeret, tranſlatus eſt anno Mundi* 587. *ætatis* 365. *labente eodem ſæculo Mundi decimo. De eius prophetia,*

ac libro multi multa. Illorum verò, aliorúmque, vt *Abelū*, anno Mundi 129. circiter à Caimo fratre interfecti, *Sethi*, eiuſque ſeptem filiorum, ac præcipuè *Enoſi*, qui anno Mundi 1140. defunctus eſt, *Noachi*, eiuſque filij *Semi*, qui anno Mundi 2158. vitæ 600. obiit, ac ſimilium, qui vel ante, vel poſt diluuiū vixerunt, nomina recenſere cogimur, non quòd extet aliquod eorum ſcriptum opus, aut verò ab iis quippiam elucubratum ſit; *ſed quòd ſub eorum nomine à Iudæis aut Græculis, hæreticis, Chymiciſve nugatoribus conficta volumina quædam in ſanctorum Patrum veterúmque ſcriptorum monimentis reperiantur:* de quibus ſigillatim diſſerimus in Bibliotheca noſtra vniuerſali. *In hoc enim opuſculo, cuius hîc tibi breuiarium inſtar ſpeciminis offerimus, Chronologiam dumtaxat inueſtigamus.*

XI. MVNDI SÆCVLVM ab anno Mundi conditi 1001. ante Chriſtum 3053. *ad* 1100. *A. C.* 2954. *Sethus Adami filius natus anno Mundi* 131. *obiit anno ætatis* 912. *Mundi* 1042. De eo plura fabulati ſunt, vetus apud Suidam ſcriptor, Syncellus, Glycas, ſimiléſque ſcriptores, ex iis fortè libris, quos Gnoſtici & Sethiani hæretici εἰς ὄνομα τῦ Σὴθ confinxerant, teſte Epiphanio, &c. De erectione duarum columnarum lateritiæ atque lapideæ, quibus ſideralis ſcientiæ dogmata, aliaque inuenta inſcripſerant *Sethi poſteri*, conſule Ioſephum libro I. Originum Iudaicarum cap. 3. Lamechus Caimi atnepos duas vxores duxit: atque ex Ada quidem nati ſunt *Iabel*, qui primus Paſtorum habitauit in tentoriis, ac *Iubal*, inſtrumentorum Muſicorum repertor: ex Sellâ verò prodiit *Tubalcain*, faber æris & ferri. Eorum quoque ſoror *Noëmi*, dicitur inueniſſe textrinam. *Ceterùm monendus eſt Lector, ex inopia Scriptorum, quorum monimenta extent, literis ad poſteritatis memoriam conſignata, nos identidem illorum meminiſſe, à quibus nonnulla ad humanæ vitæ vſus, voluptates ac commoda ſapienter excogitata feruntur.*

SECVNDA MVNDI ÆTAS *à Noëmo ad Abrahamum* 382. XVII. MVNDI SÆCVLVM *ab anno* 1601. *A. C.* 2453. *ad* 1700. *A. C.* 2354. NOEMVS, *ſeu Noachus ab Adamo decimus, Lamecho patre natus anno Mundi* 1057. *poſt Diluuium egreſſus*

eſt ex arca cum vxore, filiis, nuribúſque ſuis anno 1657. *ſecundæ ætatis primo, ac tandem vitæ ſatur anno ætatis* 950. *Mundi* 2006. *diem clauſit extremum.* Illi verò eiuſque filiis nuginenduli quidam ac malè feriati homines libros ſuppoſuerunt. De *Chamo,* videſis quid dicat Caſſianus cap. 21. Collationis VIII.

XX. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 1901. *A. C.* 2153. *ad* 2000. *A. C.* 2054. *Zoroaſtres*, Bactrianorum Rex, Magicarum, vt ferunt, artium inuentor, à Nino Beli filio Aſſyriorum rege anno regni 42. Mundi 1998. debellatus eſt. Præter eum & alij duo Zoroaſtres memorantur *Perſomedus*, & *Proconneſius*, de quibus aliâs accuratiùs dicendum, quemadmodum & de *Hoſtane*, *Samothe*, *Thuiſcone*, ſeu Aſchenaze, *Chaneſenno*, *Sabatio*, *Sarrone*, *Saga*, *Ingæuone*, *Druyo*; *Oſiride*, aliiſque, quos ex turbidis Beroſi ſuppoſititij ſimiliúmque Lucumonum lacunis nonnulli cum Ioanne Iacobo Friſio venditant imperitis.

TERTIA MVNDI ÆTAS *ab Abrahamo ad Moſem* 505. XXI. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2001. *A. C.* 2053. *ad* 2100. *A. C.* 1954. Georgius Syncellus, atque ex eo Michaël Glycas tradunt *Cainan* Iuniorem, qui Arphaxado patre anno Mundi 1694. genitus obiit anno 2053. ætatis 360. Aſtronomiæ leges libris complexum fuiſſe, cùm appellationes ſiderum à Setho, eiúſque poſteris indicatas, ac lapideæ tabulæ inſculptas reperiſſet.

XXII. MVNDI SÆCVLVM *ab anno* 2101. *A. C.* 1953. *ad* 2200. *A. C.* 1854. Nihil hactenus reperire potuimus memoria poſteritatis dignum quod huic ſæculo inſcriberemus.

XXIII. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2201. *A. C.* 1853. *ad* 2300. *A. C.* 1754. *Abrahamus fidelium parens, natus ſæculo labente* XXI. *anno Tharai patris* 131. *Mundi* 2039. *ante Chriſtum* 2015. *venit in Cananitidem anno* 2114. *labente ſæculo* XXII. & *Iſaacum filium centenarius è Sara gignit, moriturque anno Mundi* 2213. *ætatis* 175. De libro Reformationis ſeu Creationis ipſi ſuppoſito ac ſimilibus plura ſuo loco. Hunc Syras & Chaldaicas reperiſſe litteras ferunt, vt Moyſem exaraſſe He-

ac libro multi multa. Illorum verò, aliorúmque, vt *Abelū*, anno Mundi 129. circiter à Caimo fratre interfecti, *Sethi*, eiuſque ſeptem filiorum, ac præcipuè *Enoſi*, qui anno Mundi 1140. defunctus eſt, *Noachi*, eiuſque filij *Semi*, qui anno Mundi 2158. vitæ 600. obiit, ac ſimilium, qui vel ante, vel poſt diluuiū vixerunt, nomina recenſere cogimur, non quòd extet aliquod eorum ſcriptum opus, aut verò ab iis quippiam elucubratum ſit; *ſed quòd ſub eorum nomine à Iudæis aut Græculis, hæreticis, Chymicíſve nugatoribus conficta volumina quædam in ſanctorum Patrum veterúmque ſcriptorum monimentis reperiantur:* de quibus ſigillatim diſſerimus in Bibliotheca noſtra vniuerſali. *In hoc enim opuſculo, cuius hic ſibi breuiarium inſtar ſpeciminis offerimus, Chronologiam dumtaxat inueſtigamus.*

XI. Mvndi sæcvlvm ab anno Mundi conditi 1001. ante Chriſtum 3053. *ad* 1100. *A. C.* 2954. *Sethus Adami filius natus anno Mundi* 131. *obiit anno ætatis* 912. *Mundi* 1042. De eo plura fabulati ſunt, vetus apud Suidam ſcriptor, Syncellus, Glycas, ſiniléſque ſcriptores, ex iis fortè libris, quos Gnoſtici & Sethiani hæretici εἰς ὄνομα τοῦ Σὴθ confinxerant, teſte Epiphanio, &c. De erectione duarum columnarum lateritiæ atque lapideæ, quibus ſideralis ſcientiæ dogmata, aliaque inuenta inſcripſerant *Sethi poſteri*, conſule Ioſephum libro I. Originum Iudaicarum cap. 3. Lamechus Caimi atnepos duas vxores duxit: atque ex Ada quidem nati ſunt *Iabel*, qui primus Paſtorum habitauit in tentoriis, ac *Iubal*, inſtrumentorum Muſicorum repertor: ex Sellâ verò prodiit *Tubalcain*, faber æris & ferri. Eorum quoque ſoror *Noëmi*, dicitur inueniſſe textrinam. *Ceterùm monendus eſt Lector, ex inopia Scriptorum, quorum monimenta extent, literis ad poſteritatis memoriam conſignata, nos identidem illorum meminiſſe, à quibus nonnulla ad humanæ vitæ vſus, voluptates ac commoda ſapienter excogitata feruntur.*

Secvnda Mvndi ætas *à Noëmo ad Abrahamum* 382. XVII. Mvndi sæcvlvm *ab anno* 1601. *A. C.* 2453. *ad* 1700. *A. C.* 2354. Noemvs, *ſeu Noachus ab Adamo decimus, Lamecho patre natus anno Mundi* 1057. *poſt Diluuium egreſſus*

eſt ex arca cum uxore, filiis, nuribúſque ſuis anno 1657. *ſecundæ ætatis primo, ac tandem vitæ ſatur anno ætatis* 950. *Mundi* 2006. *diem clauſit extremum.* Illi verò eiuſque filiis nugiuenduli quidam ac malè feriati homines libros ſuppoſuerunt. De *Chamo,* videſis quid dicat Caſſianus cap. 21. Collationis VIII.

XX. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 1901. *A. C.* 2153. *ad* 2000. *A. C.* 2054. *Zoroaſtres*, Bactrianorum Rex, Magicarum, vt ferunt, artium inuentor, à Nino Beli filio Aſſyriorum rege anno regni 42. Mundi 1998. debellatus eſt. Præter eum & alij duo Zoroaſtres memorantur *Perſemedus*, & *Proconneſius*, de quibus aliâs accuratiùs dicendum, quemadmodum & de *Hoſtane*, *Samothe*, *Thuiſcone*, ſeu Aſchenaze, *Chaneſenno*, *Sabatio*, *Sarrone*, *Sago*, *Ingæuone*, *Druyo*; *Oſiride*, aliiſque, quos ex turbidis Beroſi ſuppoſititij ſimiliúmque Lucumonum lacunis nonnulli cum Ioanne Iacobo Friſio venditant imperitis.

TERTIA MVNDI ÆTAS *ab Abrahamo ad Moſem* 505. XXI. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2001. *A. C.* 2053. *ad* 2100. *A. C.* 1954. Georgius Syncellus, atque ex eo Michaël Glycas tradunt *Cainanum* Iuniorem, qui Arphaxado patre anno Mundi 1694. genitus obiit anno 2053. ætatis 360. Aſtronomiæ leges libris complexum fuiſſe, cùm appellationes ſiderum à Setho, eiúſque poſteris indicatas, ac lapideæ tabulæ inſculptas reperiſſet.

XXII. MVNDI SÆCVLVM *ab anno* 2101. *A. C.* 1953. *ad* 2200. *A. C.* 1854. Nihil hactenus reperire potuimus memoria poſteritatis dignum quod huic ſæculo inſcriberemus.

XXIII. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2201. *A. C.* 1853. *ad* 2300. *A. C.* 1754. *Abrahamus fidelium parens, natus ſæculo labente* XXI. *anno Tharai patris* 131. *Mundi* 2039. *ante Chriſtum* 2015. *venit in Cananitidem anno* 2114. *labente ſeculo* XXII. *& Iſaacum filium centenarius è Sara gignit, moriturque anno Mundi* 2213. *ætatis* 175. De libro Reformationis ſeu Creationis ipſi ſuppoſito ac ſimilibus plura ſuo loco. Hunc Syras & Chaldaicas reperiſſe litteras ferunt, vt Moyſem exaraſſe He-

braicas, & Iſidem, arte non minore protuliſſe Ægyptias ac Phœnices mente ſagaci condidiſſe Atticas. *Heber*, Salæ filius, natus anno Mundi 1754. ante Chriſti natales 2300. ſeruatam in familia ſua Hebræam linguam dicitur vidiſſe, cùm anno Mundi circiter 1878. in Babylonicæ turris euerſione ex vno idiomate ſeptuaginta duo enata ſunt, mortuuſque eſt anno ætatis 464. Mundi 2217. quinquennio poſt obitum Abrahami. De *Iectane* eiuſdem Heberis filio, humanæ Philoſophiæ, vt perhibent, auctore, vide Genebrardum, ſimiléſque.

XXIV. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2301. *A. C.* 1753. *ad* 2400. *A. C.* 1654. *Iacobus Iſaaco patre, Rebecca matre, anno Mundi* 2199. *natus, obiit in terra Geſſen anno vitæ* 147. *Mundi* 2345. *Ioſephus Iacobi ac Rachelis filius, natus an.* 2289. *venientem in Ægyptum patrem cum tota familia excipit anno* 2328. *tandémque moritur ætatis* 80. *Mundi* 2399. *quo tentatus à dæmone Iobus illuſtrem retulit victoriam.* Iis iungere poſſumus *Memnonem*, quem Anticles apud Plinium VII. 58. refert in Ægypto literas inueniſſe, quindecim annis ante Phoroneum, proindéque anno Mundi circiter 2232. *Mineruam* Virginem multarum artium repertricem, quæ ad paludem Tritonidem apparuit: *Ogygen*, Eleuſiniæ vrbis conditorem, cuius Diluuium celeberrimum eſt: *Phoroneum*, qui anno Mundi 2247. Inacho ſucceſſit primo Argiuorum Regi, primúſque leges ac iudicia conſtituiſſe fertur, & anno 2307. ſucceſſorem nactus eſt Apin: *Zoroaſtrem* denique Perſomedem, quem Ioſepho, Iacobi patriarchæ filio, σύγχρονον quidam perhibent.

XXV. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2401. *A. C.* 1653. *ad* 2500. *A. C.* 1554. Hoc ſæculum commendant tres fratres: *Atlas* Libycus, Mauritaniæ Rex, ob ſphæræ inuentionem & Aſtronomiæ ſingularem doctrinam dictus cælum geſtaſſe humeris: *Epimetheus*, Muſices inuentor: ac *Prometheus*, qui primus dicitur indicaſſe Aſſyriis non tantùm fulminum ritus & expiationem, ſed etiam aſtrologiam, quam Caucaſo altiſſimo monti veluti affixus deprehenderat. Commendant hoc pariter ſæculum *Amenophis*, huius nominis ſecundus, Ægypti Rex, quem Memnonem, cuius fuit vocalis ſtatua, pleri-

que fabulati ſunt: *Callithyia*, Piranthi filia, Argis in Peloponneſo prima Iunonis Sacerdotio functa, anno 2412. ex Euſebij calculis: *Cecrops*, ὁ Διφυὴς ob vtriuſque linguæ Græcæ ſimul atque Ægyptiacæ peritiam dictus, qui Athenis regnare cœpit anno 2496. obiitque anno 2546. ac *Trochilus*, qui quadrigam primus iunxiſſe perhibetur, anno circiter Mundi 2483.

XXVI. MVNDI SÆCVLVM *ab an.* 2501. *A.C.* 1553. *ad* 2600. *A. C.* 1454. *cuius anno* 44. *cœpit* QVARTA MVNDI ÆTAS *à Moſe ad Salomonem an.* 479. *Hermes*, ſiue Mercurius, Ægyptius, triplex fingitur à nonnullis. I. *Maior*, dictus Atlantis Aſtrologi è ſorore nepos. II. *Maioris filius*, ac Triſmegiſti pater. III. ipſe *Hermes Triſmegiſtus*, cuius nomine inſcripta circumferuntur opuſcula. De eorum ætate lis magna. Ego, vt in re incerta ἐπέχω, Euſebius in Chronico anno Abrahami 557. *Tat*, Hermetis Triſmegiſti filium locat. Alij Thaatum, ſeu Thoth, aut Thoyth, illum Ægyptium eundem cum Herma Græcorum, aut Mercurio Latinorum faciunt: ita cuncta ſunt perplexa. De literis à Mercurio inuentis, Diodorus, Plutarchus, alij. Verùm iis omiſſis ad certiora orationem conuertamus. *Aaron Amrami primogenitus, primuſque Hebræorum Pontifex Summus, obiit anno* 2583. *Balamus*, ariolus ac pſeudopropheta, à Rege Moabitarum Balaco ad maledicendum Iſraëlis exercitum conductus an. 2583. paullò pòſt occiſus periit. *Eldadus* & *Medadus*, Prophetæ Num. XI. *Iob, ſiue Iobab Propheta, qui anno Mundi* 2330. *natus, in Huſitide victor anno* 2399. *æt.* 70. *ſuperato dæmone euaſit, & anno demum Mundi* 2539. *æt.* 210. *obiit. Extat eius nomine inſcriptus liber cap.* 42. *comprehenſus. Ioſue, ſiue Ieſus, filius Nun, Dux & Iudex Iudæorum poſt Moſem primus, natus anno* 2491. *explorator miſſus in Cananitidem anno* 2544. *Iordanem anno* 2584. *tranſiit, ac poſt* 17. *principatus annos obiit æt.* 110. *Mundi* 2600. *Extant Hiſtoriæ eius capita* 24. *Maria Aaronis ac Moſis ſoror, Prophetico afflata ſpiritu epinicium Deo cecinit anno* 2544. *vt habetur cap.* 15. *Exodi, obiitque anno Mundi* 2583. *Moſes Propheta, Dux, ac Legislator Hebræorum, natus anno* 2464. *patre Amramo, matre Iochabetha, eduxit Hebræos ex Ægypto, & in monte Sina à*

Deo legem accepit, anno Mundi 2544. *tum poſt annos* 40. *obiit in monte Phaſga, anno Mundi* 2584. *ætatis* 120. *Extat eius Pentateuchus*, hoc eſt *Geneſis capp.* 50. *Exodus capp.* 40. *Leuiticus* 27. *Numeri* 36. *& Deuteronomium* 34. Huic verò aduerſati ſunt *Iamnes* & *Mambres*, magi Pharaonis, *Ogus*, Rex Baſan, &c. Adiungi poſſunt *Dionyſius*, vitis repertor alius à Semeles filio: *Erichthonius*, poſt Amphictyonem Rex Athenienſium quartus, ab anno 2565. ad annos 50. qui primus apud Græcos iunxiſſe quadrigam dicitur, & *Eriſichthon*, qui Apollini Delio templum fabricauit: tum *Hercules*, cognomento Deſanauus, patria Tyrius, in Phœnicia clarus: *Muſæus*, Eučtæi filius, ſimileſque, quos ad idem ſæculum refert in Chronico Euſebius. Fuerunt & alij *Muſæi*, Thebanus Thamyræ filius ὁ μελοποιὸς, & Eleuſinius, ſiue Athenienſis, qui floruerunt ſæculo xxix. Anno verò 2540. quadriennio ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto contigerunt, *Deucalionis* diluuium in Parnaſſo Atticæ monte regnantis, & *Phaëtontis* in Æthiopia deflagratio.

XXVII. Mvndi sæcvlvm *ab an.* 2601. *A. C.* 1453. *ad* 2700. *A. C.* 1354. *Cadmus* Agenoris filius, Phœnicis, Cilicis, atque Europæ frater, regnabat Thebis in Bœotia anno circiter 2620. cui σύγχρονον volunt *Minoëm* Cretenſium Legumlatorem, eiuſque fratrem *Radamanthum*. Cæterùm Euſebius *Phœnicem* & *Cadmum* de Thebis Ægyptiis in Syriam profectos regnauiſſe apud Tyrum & Sidonem docet anno Abrahami 563. Mundi 2600. nec vnum dumtaxat *Minoëm* repræſentat. *Dactyli* fratres in Ida Cretæ monte ferrum dicuntur inueniſſe 73. annis poſt Deucalioneum diluuium an. 2613. *Endymion*, Aſtronomus, dictus Lunæ amator, quod in Latmo Cariæ monte Lunarem curſum totis 30. annis obſeruauerit circa annum Mundi 2609. *Eumolpus* ſenior, Athenienſis, ſub Erechtheo rege inſtitutor myſteriorum Eleuſiniæ Cereris, circa annum 2655. *Phæmonoë*, dicta aliis Phanothea, quæ apud Pythium Apollinem hexametris verſibus fundebat oracula ſub Abante Argiuorum Rege, circa annum Mundi 2687. Futura quoque Delphis ceciniſſe dicitur.

XXVIII. Mvndi sæcvlvm *ab an.* 2701. *A. C.* 1353. *ad.*

2800. *A.C.* 1254. *Cepheus* Rex Æthiopum, inſignis ſiderum obſeruator, cum vxore *Caſsiopea*, & filia *Andromeda*, à Perſeo liberata, huc referri poteſt, cum *Perſeus* idem occiſo auo Acriſio Argiuorum Rege cœperit regnare Mycenis anno Mundi 2742. *Ianus*, dictus Bifrons ob ſingularem prudentiam, regnabat in Italia anno Mundi 2722. ante Æneæ in eandem Italiam aduentum annis 150. *Melampus*, Argiuus ὁ χαλκάρτης, quem diuinum vocat Hieronymus interpres Euſebiani Chronici, helleboro nigro Præti Argiuorum regis filias à furore liberaſſe narratur, anno circiter Mundi 2701. De *Philammone* Delphio, qui apud Pythium primus chorum inſtituit, videndus Euſebius num. 736. & de *Lino*, *Zetho*, atque *Amphione*, num. 753.

XXIX. Mvndi sæcvlvm *ab anno* 2801. *A. C.* 1253 *ad* 2900. *A. C.* 1154. *Achilles*, Pelei ac Thetidis filius, Chironis Theſſali diſcipulus, occiſus eſt à Paride Priami filio an. 2869. *Æſculapius* ſiue Aſclepius, Apollinis ac Coronidis nymphæ filius, Chironis eiuſdem diſcipulus, Medicinæ ſcientia clariſſimus, duos filios habuit *Machaonem* & *Podalirium*, qui Homero teſte Græcos ad bellum Troianum ſequuti ſunt. *Amphion* Thebanus arte Muſica clarus, ad hoc potiùs quàm ad præcedens ſæculum pertinet. *Anthes*, de Bœotiæ vrbe Anthedone hymnorum conditor. *Calchas* augur ac vates Homero celebratus an. 2869. *Carmenta* Euandri Arcadis mater, quæ & Nicoſtrata, literas quas Latini ſcriptitarunt, edidiſſe dicitur. *Chiron*, vnus ex Centauris in Theſſalia Medicus, panaceæ & variarum ex herbis curationum inuentor Achillis & Æſculapij præceptor, circa annum 2850 florebat. *Corinnus*, Llienſis, Heroicus Poëta, Palamedis diſcipulus, res ad Ilium geſtas primus carmine proſequutus dicitur circa annum 2875. *Dædalus*, fuga cum Icaro filio è Creta elapſus, atque à Cocalo Rege Siciliæ ſuſceptus, cùm à Minoë Cretenſium Rege repeteretur, in balneo ſuffocatus eſt anno Abrahæ 738. Mundi 2830. *Dares* Phrygius, Sacerdos Troianus, ſcripſerat Iliadem, quam ferunt adhuc extitiſſe Æliani tempore. De eius falſa interpretatione dicemus pluribus in Cornelio Nepote. *Dictys* Cretenſis, Idomenei comes ac ſcriba, bellum

Troianum paullò poſt annum 2870. Priami regno fatalem libris nouem pertexuiſſe dicitur. *Eumolpus* iunior, Muſæi filius, eiuſque & Argonautarum in Colchica expeditione ſocius. *Hercules* Amphitryonis, ſeu Iouis, & Alcmenæ filius, Thebanus, anno 2836. Olympicos ludos primus in Græcia inſtituit annis 442. ante Olympiadas Iphitæas. *Hydra* ab Hercule ſuperata, quam callidiſſimam fuiſſe Sophiſtriam aſſerebat Plato teſte Euſebio ad an. 769. *Linus* Thebanus, Poëta ac Muſicus, Herculis magiſter, & ab eo occiſus anno circiter Mundi 2830. *Machaon* Æſculapij filius medicinam exercuit in bello Troiano. *Maneros* Muſarum diſcipulus, ac primus apud Ægyptios agriculturæ repertor, quam laudem vulgo Oſiridi, vel Triptolemo tribuunt, à quibuſdam cum Lino Thebæo confunditur. *Meliſander*, Mileſius, poëta. *Minos*, alter iunior huic ſæculo affigi debet, de quo Euſebius annis 766. 802. & 814. *Mopſus*, vates & augur, in caſtris Græcorum Ilium obſidentibus apud Homerum. *Moſchus* Sidonius, ante belli Troiani tempora dicitur aſſeruiſſe omnia componi ex atomis. *Muſæus*, Eleuſinius, ſiue Athenienſis (de Thebano diximus ex occaſione, nec defuerunt, qui Thracem dicerent) diſcipulus Orphei, eiuſque in ſuſcepta cum Argonautis ad aureum vellus profectione comes, anno circiter 2824. aut 2830. de cuius filia *Helena*, & altera poëtria, *Phantaſia*, Memphitide Nicarchi filia, conſule cod. 190. Bibliothecæ Photij. *Oedipus* Lai, atque Iocaſtæ filius, *Sphyngem* ſuperauit, vt narrat Euſebius ad an. 757. *Oribantius*, Trœzenius poëta. *Orpheus*, Thrax, Oeagri & Calliopes filius, citharœdus & Poëta, cum Argonautis in Colchidem profectus anno 2824. à Bacchantibus poſtea ad Hebrum fluuium diſcerptus. *Palamedes* Nauplij F. vir ingenioſiſſimus, cùm vix è naui exſcendiſſet, primus Græcorum à Troianis cæſus. *Pierus*, eiuſque filiæ nouem Muſæ, dictæ ab eo Pierides, omnibus Poëtis decantatiſſimæ. *Pittheus*, Theſei auunculus, Troëzene, in templo Muſarum Rhetoricam docuiſſe, & librum ſcripſiſſe narratur. *Sanchoniaton*, Berytius, Abibalo Tyriorum Regi Phœnicum ſuorum hiſtoriam, atque inſtituta, dicitur inſcripſiſſe, circa annum Mundi 2870.

BIBLIOTHECÆ GEOGRAPHICÆ ERVDITI ORBIS

Ab Adamo ad annum Chriſti MDI.

LIBER PRIMVS.

GRÆCIA ERVDITA CVM vicinis inſulis, Thracia, Dalmatia, &c.

A

ABDERA *vrbs Thraciæ.* Stephanus Byzantius, eiúſve epitomator Hermolaus, aſſerit in libro περὶ πόλεων plurimos Abderitas eruditione præſtantes fuiſſe ab Indicum Tabularúmve confectoribus iam olim recenſitos, πλείστους Ἀβδηρίτας ὑπὸ τῶν Πινακογράφων ἀναγράφεσθαι. Nos literarum ſeruata ſerie cùm eoſdem, tum alios, quos ipſe prudens imprudénſve prætermiſit, Lectoribus repræſentabimus. *Anaxarchus*, Abderita dictus eſt à patria Philoſophus ille, qui anno circiter V. C. 422. Olymp. CXII. I. cum Pyrrhone ſcepticæ ſectæ auctore in Indiam profectus eſt. *Democritus* Abderita, Philoſophus Πένταθλος dictus, καὶ Γελασῖνος. obiiſſe dicitur, an. ætatis 109. V. C. 393. Olymp. CV. quarto. *Hecatæus*, Abderites, Pyrrhonis auditor, Philoſophus & Hiſtoricus, de philoſophia Ægyptiorum ſcripſit. *Nicænetus*, Abderita, poëta ἐποποιός. *Protagoras* Abderites, ſophiſta, quem Stephanus ex Eudoxo refert τὸν ἥττω καὶ κρείττω λόγον πεποιηκέναι, καὶ τοὺς μαθητὰς δεδιδαχέναι τὸν αὐτὸν ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν. Ex iis vnum duntaxat Democritum recenſuit Quenſtedtius, qui triuialibus ſuis parergis intentus, ac turbidos plerumq; recentiorum auctorum riuulos ſectatus, neglexit adire limpidiſſimos Veterum fontes, Strabonis maximè ac Stepha-

ni, quos ne de limine quidem ſalutaſſe vnquam viſus eſt.

Acarnania Epiri regio. Philippus, Alexandri Macedonum Regis Medicus celeberrimus, quem Cornelius Celſus Epirotam vocauit, omnium aliorum conſenſu Acarnan fuit.

Achaïa Peloponneſi prouincia. Bryſon, Achæus, philoſophus, apud Diogenem Laërtium.

Æga & Ægea vrbes multæ cùm in Europa tum in Aſia. Alexander, Ægeenſis, philoſophus Peripateticus, Neronis magiſter, de quo Suidas. *Dionyſius*, Ægeenſis, auctor δικτυακῶν, cuius meminit Photius tmematibus 186. & 211. *Hippomedon*, Ægeus, philoſophus Pythagoricus. *Ioannes*, Preſbyter Ægeates, Hiſt. ſed hæreticus è ſecta Eutychianorum. *Maximus*, Ægeenſis, de quo Philoſtratus cap. 5. lib. 1. de vita Apollonij magi.

Ægina inſula in ſinu Saronico. Iacobus, Ægineta, Medicus. *Paulus*, Ægineta, pariter Medicus.

Æna vrbs Macedoniæ. Menelaus, Æneus, philoſophus peripateticus.

Æna ſiue Ænum vrbs Thraciæ. Heraclides, Ænius, philoſophus, Platonis diſcipulus, florebat anno V. C. 410.

Ætolia regio. Alexander, Satyri filius, Grammaticus, dictus Ætolus Straboni libro XII. & Suidæ. *Nicander*, Ætolus, ὁ γλωσσογράφος, omninò idem eſt cum Nicandro Colophonio Poëta Medico, quem Anonymus eius vitæ ſcriptor teſtatur nuncupatum fuiſſe Ætolum, quòd apud Ætolos diu fuerit commoratus. De eodem conſule v. Claros, Colophon & Thyatira libro ſequenti.

Alimus vicus Athenis proximus. Plutarchus in vita Cimonis ἀλιμούσιον fuiſſe teſtatur *Thucydidem*, Hiſtoricum, Olori filium, quem Suidas, aliique paſſim Athenienſem indigetant.

Alopece ſeu Alopecia ad Mæotidem paludem. Antiphilus Medicus Comes Demetrij Sunienſis, in peregrinatione Ægyptiaca, apud Lucianum in Toxari.

Ambracia vrbs Theſprotiæ. Epicrates, Poëta Comicus. *Epigonus*, γένει μὲν Ἀμβρακιώτης, τιμῇ δὲ Σικυώνιος, fuit in ciuium ſcilicet numerum adſcriptus, δημοποίητος, inquit Athenæus.

Amphipolis vrbs Thraciæ, vel, vt habet Stephanus, Macedoniæ iuxta Thraciam. Demetrius, Amphipolitanus, philoſophus, auditor Platonis. *Zoïlus*, ὁμηρομάστιξ, Galeno libro ter-

tio de locis affectis aliiſque veteribus dictus, Polycratis diſcipulus, & Demoſthenis Rhetoris magiſter, Amphipolitanus fuit: quem tamen Euſtathius Homeri enarrator minus rectè Epheſium appellauit.

Amorgus vna ex Sporadibus in Ægeo mari. Simonides, Crinei filius, ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής, inquit Strabo, Amorginus fuiſſe dicitur. Vide Minoa & Iulis in Ceo inſula.

Anthedon vrbs Bœotiæ. Leonides, Anthedonius, pictor, Euphranoris diſcipulus.

Antiſſa vrbs Lesbi inſulæ. Serenus, Antiſſæus, Geometra, cuius extant duo libri ad Cyrum de ſectione cylindri. *Terpander*, Antiſſæus, Muſicus & Lyricus Poëta, floruit ann. V.C. 107. Ol. XXXIII. 2.

Apollonia vrbs Cretæ, quæ olim Eleuthera. Diogenes, Phyſicus ex Stephano noſtro, qui viginti-quinque Apollonias vrbes ſic diuerſis de cauſis appellatas refert. Libri verò huius Dionyſij hoc fuit initium: Λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι. Quis porrò ſit ille *Clinus*, cuius hæc Eleuthera patria fuit, inquirendum Lectoribus permitto.

Arcadia regio Peloponneſi. Carmenta, eiuſque filius, *Euander*, eruditionis in Latio ſatores ac propagatores: de quibus plura Romanæ Hiſtoriæ Scriptores. Vixerunt ante conditam Romam an. 400. *Pancratius*, Arcas, ἁλιευτικῶν ſcriptor memoratus cum pluribus aliis lib. 1. Deipnoſophiſtarum Athenæi.

Argos vrbs Peloponneſi. Acuſilaus, Cabæ F. Argiuus, Hiſtoricus, à quibuſdam ſeptem Græciæ ſapientibus annumeratus. vixit Dario Hyſtaſpis filio apud Perſas regnum auſpicante an. circ. V. C. 233. *Agis*, Argiuus, peſſimus poëta. *Cæcias*, Argiuus, ἁλιευτικῶν ſcriptor, apud Athenæum lib. 1. *Iaſon*. Argiuus, Grammaticus ſub Antonino Pio, de quo Suidas. *Lobon*, Argiuus, de Poëris egit teſte Diogene Laertio. *Melampus*, ὁ καθαρτὴρ, dictus ab Hieronymo in Euſebiani Chronici Latina interpretatione Diuinus, qui an. circ. Mundi 2071. Prœti Argiuorum Regis filias à furore liberaſſe perhibetur. An & ipſe quoque ciuis Argiuus? *Sacadas*, Argiuus, auctor carminis de vaſtatione Ilij, apud Athenæum. *Teleſilla*, Argiua, poëtria inſignis Melica, anno circiter V. C. 303.

Aſcra Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, de qua hic verſiculus iactabatur, χεῖμα κακὸν, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ᾽ ἐσθλῇ. *Heſiodus*, Aſcræus dicitur poëta ab antiquis, quòd ſin minus Aſcræ natus, ſaltem educatus fuerit, cùm Dius pater eius Æolica Cuma relicta in Bœotos commigraſſet. Extant eius ad Perſem fratrem Opera & Dies, &c. Conſule Strabonem libro XIII. & v. Cuma in Æolide libro ſequenti.

Aſine vrbs Peloponneſi. Theodorus, Aſinæus, philoſophus, Porphyrij Tyrij diſcipulus, apud Photium.

Aſtypalæa inſula vna Cycladum. Oneſicritus, Aſtypalenſis, philoſophus, diſcipulus Cratetis Thebani.

Athenæ Hellados caput, omnium Græcarum vrbium famoſiſſima. Æſchines, Orator, Demoſthenis æmulus, Athenienſis paſſim dicitur, cùm fuerit Athenæo teſte Corhocides, vt mox ſuo loco docebimus. *Æſchylus*, poëta Tragicus, Cynægiri frater, in Sicilia obiit, vel anno I. Olymp. LXXVI. V. C. 278. vel vt alij, anno I. Olymp. LXXXI. V. C. 298. Callia Athenienſium Prætore. *Æſion*, Rhetor, condiſcipulus Demoſthenis. *Alcibiades*, Athenienſis, obiit anno V. C. 350. Olympiadis XCIV. primo. *Antiphanes*, Athenienſis, Comicus poëta, qui poſt Panætium vixit. *Antiphon*, ὁ τερατοσκόπος prodigiorum interpres, poeta, & ſophiſta dictus Suida teſte λογομάγειρος verborum coquus. *Antiphon*, ὀνειροκρίτης, de quo Cicero, Tertullianus, alij, ſi tamen diuerſus à præcedenti, quod non videtur. De *Antiphonte*, Oratore. Vide v. Rhamnus. *Antiſthenes*, Cynicæ ſectæ princeps, Socratis diſcipulus & cenſor. *Antiſthenes* alter, iunior, philoſophus Peripateticus. *Aphareus*, priuiguus Iſocratis, Orator & Poëta Tragicus, an. circ. V. C. 354. *Apollodorus Ephillus*, Stoicus, Iſagogarum auctor. *Apollodorus*, Grammaticus, Chronographus, & Bibliothecæ Deorum auctor, Aſclepiadis, ſiue filius, ſiue auditor, de quo plura Suidas, Laërtius, alij, viuebat anno V. C. 620. *Araros*, Poëta Comicus, Ariſtophanis filius, vnde manaſſe volunt prouerbium, Ararote frigidior. *Archelaus*, Philoſophus. V. Miletus lib. ſeq. *Ariſtophanes*, Comicorum Græcorum facilè princeps, florebat anno V. C. 330. quo Nubes eius in ſcenam primùm actæ. Vide Lyridus. *Aſclepiades*, Poëta Tragicus, an. V. C. 358. *Athenagoras*, Pre-

ſbyter & philoſophus Chriſtianus, pro Chriſti, quam egregiè defenderat, fide paſſus ſub Marco Antonino Imp. circa annum 275. *Boton*, Athenienſis, ad annum V.C. 263. relatus à quibuſdam. *Cephiſodorus*, Rhetor, diſcipulus Iſocratis, quem etiam aduersùs criminationes Ariſtotelis defendiſſe perhibetur. *Chionides*, poëta Comicus, an. V.C. 254. *Chærophon*, Tragicus Poëta, ann. V.C. 350. *Chœrilus*, veteris Comœdiæ poëta, circa ann. Romæ 233. *Cimon*, Miltiadis filius, Athenis è patria ſua eiectus eſt, ann. V.C. 294. *Clemens*, à præcipuo opere, quod etiamnum ſupereſt, dictus Stromateus, erudititiſſimus Pantæni in ſchola Eccleſiaſtica ſucceſſor, patria fuit Athenienſis, commoratione Alexandrinus, quod ci cognomen vulgo adhæret. *Cratinus*, Comicus poëta è priſcis vnus qui Pythagoricos ſugillauit, viuebat anno V.C. 330. *Critias*, Orator ſophiſta & poëta elegiacus, vnus fuit è xxx. tyrannis, qui Athenis dominabantur, V.C. 354. *Cyzicinus*, Athenienſis Geometra, circa an. V.C. 406. *Damon*, Damonidis filius, teſte Stephano noſtro v. ὄα, Athenienſis fuiſſe videtur. *Damoxenus*, poëta Comicus, anno V.C. 510. *Demoſthenes*, Oratorum Græcorum princeps, veneno hauſto periit in Calauria inſula, an. V.C. 432. die 10. Nouem. Vide Pæanium. Fuit & alter *Demoſthenes* iunior, ſororis eiuſdem filius. *Dexippus Herennius*, Athenienſis, Philoſophus & Hiſtoricus, necnon Dux belli, viuebat adhuc anno Chriſti 280. ſub Probo Imper. *Diogenes Oenomaus*, poëta Tragicus, anno V.C. 352. *Dionyſius*, poëta & Rhetor Æneus dictus, quòd ſuaſiſſet Athenienſibus, vt æneis vterentur nummis. *S. Dionyſius*, Areopagita, S. Pauli diſcipulus, primus Athenarum Epiſcopus, ſub Domitiano paſſus eſt, exeunte ſæculo Chriſti primo, vel vt alij ſub Hadriano, anno circiter 117. à Ieſu nato. *Diotimus* Athenienſis, citatur ab Athenæo lib. x. c. 10. *Draco*, cùm annuam præturam Athenis ageret, anno V.C. 130. Olympiade xxxix. leges ciuibus ſuis dedit, non atramento, vt aiebat Demades, ſed ſanguine exaratas. *Dropides*, Solonis frater, inter poëtas Græcos recenſitus, vixit exeunte ſæculo Romæ ſecundo. *Ephippus*, poëta Comicus, an. V.C. 360. *Epicurus*, mollioris Philoſophiæ princeps habitus, obiit anno

V. C. 483. Vide infrà Gargettus & lib. ſeq. Lampſacus. *Eudemus*, Athenienſis, de oleribus ſcripſiſſe dicitur. *Euripides*, Poëta Tragicus, Sophocle iunior 15. annis, eodem cum illo anno V. C. 348. in Macedonia obiit, apud Archelaum Regem. *Gorgias*, Athenienſis, de ſcortis ſcripſit teſte Athenæo. *Helena*, Muſæi Athenienſis filia, de qua conſule codicem 190. Bibliothecæ Photianæ. *Herodes*, Athenienſis, Attici filius, Sophiſta, Fauorini diſcipulus, Rex ſermonum & Græcorum lingua dictus, obiit ſub Marco Philoſopho Imp. annum agens vitæ 76. *Herodicus*, Athenienſis, Hiſtoricus. *Heron*, Rhetor, de antiquis Oratoribus ſcripſit, teſte Suida. *Hipparchus*, Piſiſtrati Athenarum tyranni filius, frater *Hippiæ*, & Theſſali, eruditione præſtans, ab Harmodio, & Ariſtogitone interemptus eſt, an. V. C. 241. *Laonicus Chalcocondylas*, Athenienſis, Hiſtoricus, viuebat exeunte Chriſtianæ æræ ſæculo xv. *Lyſias*, Athenienſis, Orator Ciceroni Atticus dictus, cum Herodoto, anno V. C. 310. in Italiam venit, reuerſuſque in patriam obiit, anno Romæ 376. Nauſinico Archonte, vel Olymp. ci. quarto, annum ætatis agens 85. *Iſocrates*, diſertiſſimus Orator, audita Philippi Macedonum Regis ad Chæroneam victoria, obiit ætatis an. 99. V. C. 416. *Magnes*, Poëta Comicus, florebat an. V. C. 274. quo Xerxes Helleſpontum traiecit. *Melitus*, Orator & Poeta Tragicus, Socratem accuſauit, anno V. C. 354. cum Anyto & Lycone. *Menander*, Diopithis filius, princeps nouæ Comœdiæ, natus anno Romæ 414. obiit ætatis 52. Philippo Archonte, anno V. C. 464. aut vt alij 461. *Metrodorus*, Philoſophus, Epicuri vnà cum fratre Timocrate diſcipulus, de quo vide lib. ſeq. Lampſacus. *Meton*, Pauſaniæ filius, Aſtronomus inſignis, inuentor enneadecaeteridis, florebat anno V. C. 322. *Mneſitheus*, ſiue Mneſtheus, Medicus ſectâ Rationalis, de quo Galenus. *Muſæus*, diſcipulus Orphei, eiúſque in expeditione Argonautica, anno Mundi circiter 2824. aut 2830. comes. Alij Eleuſinium, aut Thracem aſſerunt. *Muſonius*, Philoſophus, de quo in vita Plotini Porphyrius. *Nicagoras*, Sophiſta, Mneſæi Rhetoris filius, & Minuciani pater, ſub Philippo Imp. floruit anno Chriſti 245. *Nicomachus*, Poëta Tragicus, anno V. C. 333. *Onomacritus*, Poëta

Hiſtoricus, ſub Piſiſtrato Athenienſium tyranno vixiſſe perhibetur. Ei tribuuntur Orphei quæ dicuntur carmina. *Pericles*, Dux & Orator Olympius, obiit an. V.C. 325. *Pherecydes*, Athenienſis, alius Lerius, Hiſtoricus à Syrio diuerſus, florebat anno V. C. 298. Vide de eo Strabonem libro X. Geographiæ. *Phidias*, ſtatuarius celeberrimus, viuebat anno V.C. 322. quo Mineruam eburneam perfecit. *Philo*, Athenienſis architectus. apud Ciceronem l. 1. de Oratore, alióſque. *Philo*, Dialecticus, Pyrrhonis amicus, cum Zenone Cittienſi ſtoicæ ſectæ principe Diodorum Cronum audiuit. *Philetærus*, filius Antiphanis, poëta Comicus, anno V.C. 378. *Philochorus*, Athenienſis, Cycni filius, Eratoſthenis auditor, Hiſtoricus, qui Attica, de Homero, aliiſque ſcripſit circa annum Romæ 374. *Phocion*, Dux Athenienſium, à iudicibus in patria damnatus, hauſta cicuta periit die 19. Munychionis, anno V.C. 436. *Phrynichus*, Athenienſis, poëta Tragicus, anno circ. V.C. 242. Fuit & alter Comicus anno 334. *Piſiſtratus*, Athenienſium tyrannidem primò occupauit, anno V. C. 194. Archonte Comiâ, periitque anno 227. ſuccedente filio Hippia ad annos 18. *Plato*, Philoſophorum princeps, Socratis diſcipulus, Ariſtotelis magiſter, natus Athenis die 7. Thargelionis, anni Romæ 326. obiit anno 406. Archonte Theophilo. Vide infrà Colyttus. *Plutarchus*, Neſtorij, filius Philoſophus, Syriani magiſter, patria Athenienſis fuit, vixitque ſæculo Chriſti quinto circa an. 420. *Polemon*, *Xenocratis*, in Academia, ab anno 440. ſucceſſor, mag. Cratetis & Crantoris, obiit ſenex anno V.C. vel 488. vel 484. *Polycrates*, Rhetor magiſter Zoïli Amphipolitæ ὁ μυρομάστιγος, de quo Dionyſius Halicarnaſſeus, ep. ad Ammæum. *Praxagoras*, Hiſtoricus, qui anno circ. Chriſti 350. Dialecto Ionica multa ſcripſiſſe dicitur. *Secundus*, Sophiſta ſeu Rhetor, vnus è præceptoribus Herodis Attici, vixit ſæculo Chriſti ſecundo. *Serapion*, Athenienſis Orator, & Medicus auus Plutarchi Chæronenſis. *Socrates*, Sophroniſci filius, Platonis, Xenophontis, aliorúmque plurium magiſter, accuſatus ab Anyto, Melito & Lycone, & à iudicibus damnatus cicutam hauſit anno V.C. 354. ante Chriſtum 400. Fuit & alius Socrates Ariſtotelis præceptor. *Solon*, ciuibus

ſuis leges dedit præturam gerens, anno V. C. *160.* obiitque ætatis 80. Olymp. LV. an. 2. V. C. *196.* ***Sophocles***, Athenis natus anno V. C. 259. obiit Archonte Callia, anno 348. æt. 98. Tragicus poëta celeberrimus. Alij mortem eius differunt in annum 351. Filius eius Sophocles iunior fabulas edere cœpit an. 357. *Speuſippus*, Eurymedontis, & Pothones ſororis Platonis filius, auunculo in Academia ſucceſſit ab anno V. C. 406. ad 415. quo obiit. *Stephanus*, Athenienſis Medicus, interpres Galeni Therapeuticῶn ad Glauconem, & collyrij ocularis auctor. *Steſiclides*, de Archontibus Athenienſium & Olympionicis ſcripſit teſte Diogene Laërtio. *Teleclides*, poëta Comicus, Morychi Tragœdiographi deriſor, circa an. V. C. 333. *Themiſtocles*, Athenienſis Sophiſta teſte Eunapio. *Thucydides*, Olori filius, natus anno 2. Olymp. LXXVI. agebat annum ætatis 40. initio Belli Peloponneſiaci, cuius Hiſtoriam deſcripſit ab anno V. C. 323. vſque ad 345. Suidæ aliique paſſim dicitur Athenienſis: Plutarchus tamen illum vocat Alimuſium, vt docuimus. *Timocrates*, Metrodori frater, atque vna cum eo Epicuri auditor. V. Potamus. *Timon*, ὁ μισάνθρωπος, Philoſophus refertur ad annum V. C. 333. ſub finem Olympiadis LXXXIX. *Titus Flauius Clemens.* Vide ſuprà Clemens. *Xanthus*, Athenienſis, Muſicus, Theophraſti σύγχρονος. *Xenoclides*, Athenienſis poëta anno V. C. circiter 394. *Xenophon*, Grylli filius apis Attica ob eloquentiam dictus Hiſtoricus, Philoſophus Socratis auditor ac Dux belli obiit Corinthi, Athenienſium præturam agente Callimede, anno V. C. 394.

B

BATE *populus Ægeidis tribus in Attica.* *Abron*, Calliæ interpres, qui teſte Stephano de feſtis & ſacrificiis ſcripſit.

Benæ vrbs Cretæ inſulæ. *Rhianus*, Benæus, Hiſtoricus, viuebat, anno V. C. circ. 510.

Berga vrbs Thraciæ prope Cherſoneſum. *Antiphanes*, Comicus poëta, qui incredibilia ſcripſit: vnde parœmia βεργαΐζειν ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν, inquit Stephanus, & apud Strabonem libro 2. Geographiæ, eam ob rem Euemerus dicebatur Eratoſtheni Bergæus, id eſt fabulator.

Bœotia

GALLORVM
ATQVE
FRANCORVM
LIBRIS IN LVCEM EDITIS
ET DOCTRINA ILLVSTRIVM
CHILIADES
HISTORICO-CHRONO-GEO-GRAPHICÆ:

A

Ante ſæculum Chriſti XVI.

ABASCANTVS, Lugdunenſis, Medicus, cuius meminerunt Plinius iunior libro 10. Epiſt. ad Traianum Imp. & Galenus tum libri 2. de Antidotis cap. 12. tum in libris de compoſitione Medicamentorum κατὰ τόπους.

Abbo, O. B. Monachus in cœnobio S. Germani ad muros Lutetiæ, patria Neuſtrius, ac poëta, Aimoini eiuſdem cœnobij alumni diſcipulus, ſcribebat adhuc anno 892. aut ſequenti.

Abbo, Floriacenſis, O. B. Abbas doctiſſimus, occiſus eſt in

cœnobio Regulæ ad Garumnam fl. in diœceſi Vaſatenſi à Vaſconibus, die 13. Nou. anni 1004.

Abſalon, Can. Reg. Ord. S. Auguſtini in cœnobio S. Victoris ad muros Pariſienſes, deinde Spirinkirbacenſis Mon. in diœceſi Treuirenſi Abbas, claruiſſe dicitur anno 1120.

Achardus, Bridlingtimenſis, ex Abbate S. Victoris cœnobij Can. Reg. S. Aug. ad muros Lutetiæ Epiſcopus Abrincatenſis in Normannia obiit an. 1171.

Adalardus, Caroli Martelli Francorum ſubreguli ex Berta filia nepos, Comes Palatij, atque ex præcipuis Caroli Magni Conſiliariis, Abbas deinde Corbeienſis O. B. pulſus in exilium anno Chr. 814. ab eodem reuocatus anno 822. vixit vſque ad diem 2. Ianuarij anni 826.

Adam, Perſeniæ cœnobij O. C. in diœceſi Cenomanenſi Abbas, viuebat adhuc anno 1201. initio decimi-tertij à Chriſto nato ſæculi.

Adam, Præmonſtratenſis Ordinis S. Aug. Canonicus, viuebat adhuc anno 1180.

Adelbodus, patria Friſius, ex Lobienſi Clerico Vltraiectinus Ep. obiit 27. Nou. 1027. Epiſc. 19.

Adelerius, O. B. Floriacenſis Monachus, vixiſſe videtur anno Chriſti circ. 930.

Adelinus, ſiue Adelmus, Sagienſis in Neuſtria Epiſcopus, vixit anno circ. 790.

Adelmannus, ex Leodienſi Scholaſtico Brixienſis ab an. 1048. Ep. viuebat adhuc 1061.

Ademarus, Chabanenſis, Monachus cœnobij S. Eparchij Engoliſmenſis O. B. viuebat anno 1029. ad quem vſque Chronicon ſuum perduxit.

S. Ado, poſt Agilmarum ab anno 859. Viennenſis Archiep. obiit die 16. Decembris anni 874. ſuccedente Otramno, qui anno 876. Pontigonenſi Synodo ſubſcripſit. Huius verò Adonis Martyrologium quidam falsò tribuerunt Vdoni Treuicenſi circa annum 1078. Archiepiſcopo.

Adreualdus, O. B. S. Benedicti Floriacenſis ad Ligerim fl. Mon. viuebat extremo ſæculo Chr. IX. circa an. 900.

Adrianus. Vide Hadrianus.

Adſo, O. B. Deruenſis Monaſterij Abbas, qui de vita S. Bercharij ſcripſit. An idem Aſſo ſiue Azzo Monachus, de quo Cheſneus Tom. II.

Aduentius, Metenſis in Auſtraſia Ep. Carolum Caluum Francorum Regem poſt Lotharij mortem inunxit in Regem Lotharingiæ, an. 869. in ipſa S. Stephani Metenſis Eccl.

Ægidius, Arelatenſis Abbas, viuebat anno Chriſti 514. Sunt qui eundem putent cum S. Ægidio patria Athenienſi, incola deſertæ eremi ad Rhodanum in Narbonenſi prouincia, aliis repugnantibus.

Ægidius, Aureæ vallis O. C. Monachus, ſcribebat anno 1246.

Ægidius Charlierius, Decanus Eccleſiæ Cameracenſis, floruit in Concilio Baſileenſi, anno 1433.

Ægidius Mucidus, ſeu *Muiſius*, è *Tornaco ad Scaldim in Flandria*, Abbas S. Martini Tornacenſis, obiit 1353. æt. 83. regim. 22.

Ægidius Nettelet, Cameracenſis Eccleſiæ Decanus, viuebat anno 1494.

Ægidius de Roya, O. C. ex Regalis-Montis Abbate Dunenſis in Flandria Monachus, obiit anno 1478.

Æneas, ex Notario ac Clerico palatij Regij electus anno 853. Pariſienſis Ep. obiit ante annum 876.

Agobardus, Lugdunenſis Arch. cedente vltrò Leidrado, ab anno 813. viuente adhuc Carolo Magno, vſque ad diem 6. Iunij anni 840.

Aimoinus, O. B. Monachus Floriacenſis ad Ligerim ſub ſancto Abbone, declarat ſe Petracoricenſi in regione natum fuiſſe. Vide Vitam S. illius Abbonis ſcriptam anno 1005.

Aimoinus, S. Germani Pratenſis ad muros Lutetiæ Monachus, O.B. viuebat adhuc anno 892. quo carmen ſuum de obſidione Pariſienſi pangebat Abbo eius diſcipulus.

Alanus, vterque Inſulenſis, vt volunt, tum is qui ex Abbate Ripatorij & Autiſſiodorenſi Epiſc. Monachus Claræu. obiit teſtamento condito an. 1182. die 14. Octob. tum is qui Doctor Vniuerſalis dictus, Ciſtercium venit, ibique conuerſus & ouium Paſtor obiit 30. Ianu. 1294. ætat. vt volunt, 116.

Alanus Quadrigarius, Chartier, Carolorum VI. & VII. Franciæ Regum à ſecretis, viuebat adhuc anno 1452.

Alanus, S. Yuonis Trecorenſis ſororis filius, in Aurelianenſi Academia ius docuiſſe dicitur. Panzirollus ſuſpicatur eum eſſe, qui Decretum interpretatus eſt.

Albericus, Trium-Fontium O. C. in diœceſi Catalaunenſi Monachus, deduxit Chronicon ſuum vſque ad annum 1241.

Albertus, Aquenſis, ſiue Aquiſgranenſis Eccleſiæ Canonicus & Cuſtos, viuebat anno 1120.

Albertus de Argentina, Chronicon ſuum perduxit vſque ad an. 1378. quo Carolus IV. Imp. obiit.

Albertus, O.B. ex Lobienſis cœnobij Monacho Gemblacenſis Abbas circa annum 980.

Albertus Ioannis, ex *Harlemio in Hollandia*, O. Carm. obiit Mechliniæ anno 1496.

Albertus, Metenſis Monachus O. B. videtur vixiſſe anno 1106. Trithemius tamen eum collocare anno 1030. à quibuſdam dicitur.

Albertus Kiuet, Arnhemius, *ex oppido quod olim Arenacum in Geldriæ ducatu*, apud Veſaliam Cartuſianus, obiit 17. Maij 1449. æt. 80.

S. Alcimus Ecdicius Auitus, frater S. Apollinaris Valentiæ Epiſcopi poſt Iſicium patrem, ab anno circiter 490. Viennenſis ad Rhodanum Archiepiſcopus, vſque ad annum 520. aut ſequentem, quo obiit die 5. Februarij.

Alcimus, Rhetor, cum Delphidio in Aquitania, circa annum 355. florentiſſimè docebat, vt teſtis eſt locuples S. Hieronymus in Chronico.

Alexander, Atrebas, poſt B. Goſvvinum Abbas Aquicinctinus, an. circ. 1100.

Alexander de Villa Dei, Dolenſis Armoricus O. M. auctor Doctrinalis metrici, viuebat Pariſiis anno circ. 1240.

Algerus, ex Leodienſi ſcholaſtico Cluniacenſis cœnobij Monachus, O. B. viuebat adhuc anno circ. 1130.

Altmannus, O. B. Monachus cœnobij Altiuillarenſis, viuebat eo tempore, quo à Normannis Franciæ vaſtabantur.

Alulfus, Monachus in S. Martini Tornacenſis cœnobio, O. B. hortatu Odonis Abbatis, ſcripſit Gregoriale circa annum 1100.

Amalarius Fortunatus, Archiep. Treuirenſis, obiit anno circ. 814. ſaltem ante annum 817. quo Hetti eius ſucceſſor iam Treuiris ſedebat.

Amalarius, Metenſis Eccleſiæ Diaconus, anno 816. in Concilio Aquiſgrani habito, Regulam Canonicorum ſcripſit, & anno 827. libros quatuor Officiales dictos, miſſus Romam ad Gregorium IV. Papam anno 831. antequam ſcriberet Antiphonarium, ſuperſtes vſque ad annum circiter 836. fuit.

Amalricus, Augerij, Biterrenſis, Prior Monaſterij B. Mariæ de Apiano O. A. diœceſis Elnenſis in Conc. Ruſcilionenſi, vixit anno circiter 1361.

Amandus, O. B. cœnobij Aquicinctini Prior, anno circiter 1115.

S. Amandus, Epiſcopus olim Traiectenſis, cùm in Pabulenſi cœnobio per multos annos vixiſſet, Deo vacans obiit 6. Febr. Sabbato ante Dominicam Quadrageſimæ, anno 684.

Ambroſius Autpertus, ex Gallia oriundus, O. B. vixit in cœnobio ad Fontes Vulturni in Italia ſito, cúmque eius Abbas non integris duobus annis fuiſſet, obiit anno 778. Ind. XI. Fuit verò & alius *Autpertus*, Abbas Caſſinenſis, qui obiit anno 837.

S. Ambroſius, Mediolanenſis Archiepiſcopus, patre Ambroſio Præfecto Galliarum natus anno 333. à viris doctis Arelate primam lucem hauſiſſe dicitur. Obiit 4. Aprilis an. 397.

S. Amedeus, è Caſtro Coſtâ iuxta Viennam in Delphinatu, O. C. Abbas Altæ-cumbæ, tum Ep. Lauſanenſis per annos 14. ab an. 1144. ad 27. Sept. 1158. quo obiit.

Amolo, ſiue *Amulus*, Lugdunenſis poſt Agobardum Archiep. ab anno 841. ad annum circiter 850. quo obiit die 31. Martij.

Fr. Andreas, Monachus Ordinis Fontis Ebraldi, ſcripſit de obitu B. Roberti de Arbriſſello Fundatoris die 26. Febr. Vr-

ſani in Biturigibus defuncti anno 1117.

Andreas de Nouocaſtro, O. M. Theologus dictus, vt ferunt, Doctor ingenioſiſſimus.

Andreas Siluius, Flander Marchianenſis cœnobij Prior, Chronici Merouingorum Franciæ Regum auctor, obiit m. Febr. 1194. octogenario maior.

Andreas, O. B. cœnobij Mauſiacenſis prope Ricomagum in Aruernia Prior, obiit menſe Februario anni 1194.

Andreas de Traiecto, Monachus Spanheimenſis O. B. viuebat anno 1440.

Angelomus, O. B. Luxouienſis in Burgundia Monachus, Drogoni Ep. Metenſi die 8. Nou. defuncto anno 855. ſuperſtes, ſcripſit Commentaria in libros Regum.

Angradus, O. B. Monachus Fontanellenſis in Neuſtria cœnobij, viuebat anno 701.

Anianus, vir ſpectabilis atque eruditus, viuebat Aturribus in Nouempopulania, anno 506. An fuerit Gallus, incertum.

Anonymus, continuator primus Hiſtoriæ Franciæ Gregorij Turonenſis (malè à pleriſque hactenus Fredegarij nomine dictus) non vltra annum 647. progreſſus eſt, vt fidem facit Collegij noſtri Pariſienſis MS. codex eodem tempore vncialibus literis exaratus. Cæteros Anonymos, vt hîc miſſos faciam, cogit nimia illorum multitudo.

S. Anſbertus, ex Abbate Fontanellenſi poſt S. Audoënum Archiep. Rotomagenſis, obiit exul in Altomonte Hannoniæ cœnobio die 9 Febr. anni 695.

Anſegiſus, O. B. Lobienſis ad Sabim Abbas, anno 827. Capitula Regum Francorum publicauit, diuerſus omnino ab Anſegiſo Arch. Senonenſi, qui an. 876. florebat.

S. Anſelmus, ex Beccenſi Abbate Archiep. Cantuarienſis, Angliæ Primas, ab anno 1093. ad an. 1009. diem 21. Aprilis, ex Auguſta Prætoria Salaſſorum erat oriundus, quæ tamen vix ad Galliam pertinet.

Anſelmus Faiditus, ex Vrſeta vico diœc. Lemouicenſis, vetus Poëta Gallicus, obiit in Prouincia 1220.

Anſelmus, Gemblacenſis O. B. Abbas, obiit die 8. Kal. Martij an. 1136. aut ſeq.

Anſelmus, Laudunenſis Scholaſticus, vixiſſe perhibetur vſque ad Idus Iulias an. 1117.

Anſelmus, Remenſis Monachus O.B. floruiſſe dicitur anno 1050.

Anſo, O.B. Lobienſis in Hannonia Abbas, an. 801. obiiſſe dicitur.

Antonius Padetus, Francus, O.P. viuebat anno 1500.

Antonius Porquetus, Marcoſienſis, Ordinis Cæleſtinorum Monachus 1398.

Arculfus, Gallicanus incertæ Sedis Epiſcopus, cùm rediret Hieroſolymis tempeſtate iactatus in Scotiæ inſulas appulit an. circ. 690. & Adamannum Huyenſem Abbatem de locis ſanctis edocuit.

Ardo Smaragdus, dictus O.B. cœnobij Anianæ in Septimania diœc. Magalonenſis Monachus, obiit ſexagenarius 7. Martij 843.

Arnaldus à Vetza, Cadurcenſis, Ioannis XXII. Papæ ex ſorore nepos, S.R.E. Card. obiit 1336.

Arnoldus Boſtius, Gandanenſis, O. Carm. obiit in patria 4. Aprilis 1499.

Arnoldus, O.B. Abbas cœnobij Bonæuallis in diœceſi Carnotenſi vixiſſe fertur, vſque ad annum 1160. Præter eum alius eodem ſæculo ſtatuitur *Arnaldus*, Abbas Bonæuallis in Sabaudia, O.C. in diœceſi Viennenſi, qui ſcripſit libros de vita S. Bernardi Claræuallis Abbatis.

Arnoldus Gheilouen, de Roterodamo, Can. Reg. in Viridiualle, prope Bruxellas, obiit 31. Aug. 1442.

Arnulfus, Lexouienſis Epiſcopus, relicta Neuſtria venit in cœnobium S. Victoris ad muros Pariſienſes, ibique obiit die 3. Aug. anni 1182.

Aſcelinus, Vticenſis O.B. Monachus in cœnobio S. Ebrulfi in Neuſtria, viuebat an. circ. 1075.

Auctor Itinerarij ex vrbe Burdegalenſi ad Garumnam fl. vſque Hieroſolymam, primùm editi à Petro Pithœo, viuebat an. 333. Zenophilo Conſule.

S. Audoenus, qui & *Dado*, ex Referendario ſeu Cancellario Regis Francorum Dagoberti Archiep. Rotomagenſis à

die 14. Maij anni 646. ad diem 24. Aug. an. 689. qua obiit Clipiaci prope Lutetiam.

Aurelianus, Remenſis Tonarium Regularem ſcribebat ſub finem noni à Chriſto nato ſæculi, ideóque mendosè à Barthio confunditur cum Aureliano vitæ S. Martialis Ep. Lemouicenſis vero, aut ficto auctore.

Auſonius, ſiue, *Decius Magnus Auſonius*, Burdegalenſis, ex Coſſione Vaſatum oppido oriundus, Gratiani Imp. & S. Paulini præceptor, Conſul ordinarius anno Chriſti 379. vixit vſque ad annum minimùm 390.

B

BAGAROTTVS, Ioannis Boſſiani diſcipulus, initio ſæculi XIII. iuris ſcientia clarus, dicitur fuiſſe Gallus.

Baldricus, ex Burgolienſi in Andegauis Abbate Dolenſis Arch. obiit 27. Ianuarij anni 1131.

Baldricus, Nouiomenſis & Tornacenſis Ep. obiit pridie Kal. Iunij anni 1112.

Balduinus, Aueſnatum dominus, viuebat an. circ. 1280.

Balduinus, Flandriæ & Hannoniæ Comes, Orientis Imp. CP. die 2. Maij anni 1204. anno ſequenti captus die 25. Apr. à Ioannitza Rege Bulgarorum, & occiſus.

Balduinus, Niniuenſis, Ord. Præmonſtratenſis 1294.

Bandoninia, Monialis, quæ poſt Venantium Fortunatum ſcripſit de S. Radegunde, viuebat initio ſæc. VII.

Bartolomæus Arnoldi, ex *Vſinga in Flandria*, O. A. obiit Erfordiæ, an. circ.

Bartolemæus, à Traiecto ad Moſam, ſiue ſuperiori, Ordin. Cartuſiani, Prior Cartuſiæ Ruremondenſis, obiit in Colonienſi die 12. Iulij 1446.

Baudemundus, tertius Blandinienſis Abbas, viuebat anno circ. 695.

Benedictus XII. Papa, ab an. 1334. ad 25. Aprilis 1342. Vide Iacobus Fornerius.

Benedictus, Anianæ, Gellonis, Maſciaci, &c. Abbas. O. B. obiit ſeptuagenarius apud Indam prope Aquiſgranum, die

FRANCICÆ
HISTORIÆ
LVX ADDITA:
SIVE
DICTIONARIVM
GEOGRAPHICVM
PRÆCIPVORVM LOCORVM,

Quæ ſæpe negotium faceſſere ſolent eruditiſſimis quibuſque in lectione veterum Hiſtoriarum, Chartarum, Diplomatum, Capitularium, Synodorum, Vitarum, &c. citatis fideliſſimè eorum locis, & plurium inter ſe collatione facta, cum explicatione interdum vernacula, & critica animaduerſione, &c.

ABACIVVM villa, corruptè pro Baciuum, ſeu Bacium, ex cap. 96. Chronici Fredegarij, ſeu Appendicis ad Hiſtoriam Gregorij Turonenſis: ſic enim legendum, vt patet: Leudeſius Maior-Domus vnà cum

theſauris Regis per fugam dilapſus euaſit, atque à Baciuo villa euadens aufugit: de quâ hæc aliàs obſeruaui. Bacium villa trans Iſaram, ſiue Oeſiam fluuium, alicubi in Picardia quærenda eſt: cap. 45. de Geſtis Francorum: Ebroinus eos, vſque ad Bacio-villa inſecutus eſt, ibique theſauros regales apprehendit, deinde poſt hæc Criſciago veniens Regem recepit. Ann. Bertinian. 875. Carolus Monaſterium S. Dionyſij adiit: vnde ad Baſiuum perrexit, indéque ad letanias celebrandas ante Aſcenſionem Domini ad m. S. Dionyſij rediit, & vigilia Pentecoſtes ad Compendium venit. Chr. Fontanel. an. 847. Ad Baciuum palatium perreximus pro quibuſdam prædiis: ibi miſſi ad dominum Regem venerunt. Aim. Cont. IV. 44. Ebroinus ad S. Maxentiam Iſaram tranſiit, & Baciuumvillam veniens theſauros apprehendit, deinde poſthæc Criſiacum veniens, regem recepit. Conſentit Chronicon Moiſſiacenſe Tomo III. Ch. p. 135.

Abbatis-villa, Ord. Vit. initio libri 11. In Neuſtriam tranſfretauerat, & Pontiui Comitatum ad opus Guillelmi Taluacij obtinuerat, quia Guido Comes Abbatiſvillæ ſocer eius obierat. Abbatiſvillæ Priorem in Abbatem liberum & abſolutum conuertit Eugenius III. Papa, vt docet eius epiſtola, quæ eſt 27. inter Sugerianas. Adde Epiſt. 36. Alex. III. ad quam plura Sirmondus noſter.

Abrincatinæ ciuitatis Epiſcopus, Greg. cap. 36. l. 2. de mir. S. Martini. Abrincantinus incola, cap. 19. l. 3. Abrincatus pagus, proquo corruptè Aprincatus, tit. 12. Capit. Car. Cal. *l'Auranchin*. Abrincatæ, Greg. Tur. l. 9. c. 20. *Auranches*.

Abſternacum, Mon. S. Vvillibrordi, mendosè in Ann. Metenſibus 870. pro Epternaco.

Acmantus, ſiue Agmantus, villa in pago Senonico, cum Silua quæ appellatur Vſta. Præcepta Lud. Pij & Caroli Calui apud Aim. Cont. l. 5. capp. 10. & 34. *Eſmans, non loin de Montereau-Faut-Ionne.*

Acuciacum villa, cap. 43. Geſtorum Dagoberti, Matriculariis Baſilicæ SS. Martyrum de villis Acuciaco, & Cuſduno, &c.

Acununiæ Alpes, SS. Thebæorum felicius ſanguine quàm

proceritate exaltantur. Alcuinus in homilia de S. Vvillebaudo. Rectè corrigit Agauniæ Henricus Caniſius Tomo IV. Antiquarum Lectionum, quamquam Acaunum ſæpiſſime etiam ſcriptum legatur apud veteres ſcriptores.

Ad SS. Apoſtolos, Mon. iuxta ciuitatem Metenſem ſitum, in quo glorioſus Chriſti confeſſor Arnulfus requieſcit. Charta Mon. S. Arnulfi.

Ad duos clinos: Ann. Metenſes 769. Carolus cum Carolomanno colloquium habuit in loco, qui dicitur Ad duos clinos: alij habent ad Duaſdiues.

Adertiſus, vel Adertenſis pagus, *l'Artois*, tit. 12. Capitul. Caroli Calui.

Adix, fluuius, id eſt Atax, cap. 109. Chr. Fredegarij & alibi: *l'Aude*.

Adremari, ſiue Aremarenſe cœnobium O. B. d. Trecenſis. Leo IV. Papa ep. ad Prudentium Tricaſſium Epiſcopum, Petrus Cellenſis l. 2. ep. 2. *Moutier-Ramey*.

S. Ægidij Mon. in Septimania haud procul à Rhodani confluentibus, quod oppido etiam nomen fecit, ſui primùm iuris, in Cluniacenſium poſtea diſciplinam poteſtatemque tranſlatum.

Ægircius fluuius. Fortunatus carm. vltimo lib. 1. Nomine cum proprio triſtis & æger eget. *le Gers*.

Agacum Neruiorum vitioſè pro Bagaco leges apud Meyerum in Annalibus Flandriæ anno 668.

Agatha. Greg. l. 6. c. 3. Maſſilienſium portum propter Regum diſcordias adire non auſi, Agatham vrbem, quæ in Gothorum regno ſita eſt, aduenerunt. Agathenſis vrbs libro 9. cap. 24. & cap. 79. de Gl. MM.

Agaunum, vbi ſepulcra beatiſſimorum Martyrum Legionis Felicis. Greg. cap. 75. de Gloria Mart. Idem quoque alio loco Gregorius: Mortuo Gundebado, regnum eius Sigiſmundus filius eius obtinuit, Monaſteriumque Agaunenſe ſolerti cura, cum domibus baſilicíſque ædificauit. Agaunenſes anguſtiæ, &c.

Agedicum, ſeu Agendicum Senonum. Ann. Bertin. 858. & ſeq. Vide Cupedenſes.

Agedunenſes Monachos Eccleſiam de Stiualiculis per laïcam manum fratribus de Capella abſtuliſſe conqueritur Sugerius in Epiſtolis. Agedunum ex Vita S. Martialis, apud Ordericum libro II. *Ahun.*

Agennum: Alb. ad an. 994. Ad S. Fulbertum Ep. Carnotenſem, Bernardus Scholaſticus Andegauenſis edidit libellum mirac. S. Fidis de Conchis, quæ paſſa eſt in ciuitate Aginno ſub impio Daciano, cum S. Capraſio: ſuper eorum corpora, S. Dulcius Epiſcopus baſilicam fabricauit: S. Fidem ſeorſim in ſuburbio recondidit, vbi ingentia & innumera miracula facta ſunt precibus ipſius & meritis. Aginnum Greg. l. 6. cap. 12. prope quam vrbem baſilica S. Capraſij Martyris libro 9. c. 19. & cap. 105. de Gloria Martyrum Agennenſis vrbs, &c.

Agiona villa in pago Pontiuo. Mir. S. Vvandregeſili.

Agnio fluuius. Miræus cap. 3. Cod. Donationum, villa Sithiu ſuper fluuium Agnionem ſita. *La riuiere d'Aa qui paſſe à S. Omer.*

Agotus, ſiue Acutus, *l'Agouſt qui paſſe à Caſtres, & Lauaur en Languedoc, tombe dans le Tarn à S. Sulpice ou Supplice de la pointe.*

Agrippina vrbs, Greg. in Vita S. Galli: & Agrippinenſis cap. 62. de Gloria Martyrum. *Coulogne*, Agrippinenſis ciuitas, quæ nunc Colonia dicitur, lib. 2. cap. 9.

S. Agulfi Prioratus, ſub oppido Pruuino, in Senonum diœceſi. Petrus Cellenſis, l. 1. ep. 18. & l. 2. ep. 11.

Alamannia, ſub ætatem Imperij Francici etiam Heluetios partemque Sequanorum continebat. Hinc S. Gallus in Martyr. dicitur obiiſſe in Alemania. Hinc Aimoinus cap. 4. Præf. Atrabatum, Lingonis, & pagus Heluetiorum, quem nunc Alamanni incolunt. Alemaniam, Greg. Tur. in vita SS. Lupicini & Romani Abbatum, vocat eam Heluetiorum partem, quæ ab Iurenſibus iugis ad Rhenum vſque porrigitur. Alamandorum curtis, villa in pago Remenſi, ex qua oriundus S. Theodericus Abbas Remenſis. Vita MS. Alamannorum Curtis, apud Flodoardum Hiſt. Remenſis, l. 2. cap. 15. *Aumencourt en Champagne.*

Alba fluuius, in ſaltu Briegio, in vita ſaincti Euſtaſij. *Aube prés de Fare-montier.*

Albamarla. Ord. Vitalis, l. 8. Stephanus de Albamarla Regiis ſumptibus caſtellum ſuum ſuper Aucium flumen vehementer muniuit, quem mox Gornacenſis Girardus ſecutus eſt: deinde Robertus Aucenſium Comes, Radulfus de Mortuo mari, & pene omnes qui trans Sequanam ad mare habitabant, &c. Sugerius in Vita Lud. Craſſi: Albemarlenſis, Gornacenſis & Oenſis (forte Aucenſis) Comites, &c. *Aumale, entre la Normandie & Picardie, Duché.*

S. Albani, Eccleſia Moguntiæ, vbi Faſtrada coniux Caroli M. ſepulta anno 794. Poëta Saxo:

Cuius in Albani ſpecioſa Martyris æde,
Iuncta Moguntiacæ fulget quæ mœnibus vrbis,
Cum magno fecit ſepeliri corpus honore.

Albeta, ſeu Albreta fluuius in ſuburbio Bituricenſi, nunc ipſam interfluens vrbem. In vita S. Euſtaſij à Iona Monacho conſcripta: *Auurette.*

